nionis dei. Accelerationē viſionis dei.
¶ Sexto in canone habe tria. Diligen/
tiam ad cōficiendū corpus xp̄i. Reuerē/
tiam ad tangendū corpus chriſti. De/
uotionē ad ſumenduȝ illud. ¶ Propter
cōtinnationē et cōtinentiā tam excellen/
tis corpis xp̄i. Excellentioris aīe chriſti
Excellentiſſime diuinitatis xp̄i. Quia
fiunt in miſſa. Magna in ſignis. Ma/
iora in verbis. Maxima in intentione.
¶ Quattuor requirunt ad digne ↄmu/
nicandū ſcȝ. Carentia criminis. Dili/
gentia examinis. reuerētia mentis. Et
mundicia corporis.

## ¶ Octo ſunt que trahere debent ſacerdotem ad cele brandum.

PRimū eſt delictorum remiſſio.
vt per eam quaſi per hoſtiā pla/
cationis a peccatis purget. Se/
cundum eſt ſue infirmitatis cōſideratio
vt chriſtū ad ſe vocet per quem ab omni
morbo curetur. Terciū eſt alicuius tri/
bulationis preſſura. vt per eā ab ea libe/
retur. Quartū eſt deſideriū alicui⁹ gra/
tie vel ſpiritualis beneficij impetrandi.
vt per eum cui pater nihil negat impetret
et obtineat. Quintū eſt gratiarū actio p̄
omnibus beneficijs temporalib⁊ et ſpiri
tualibus ſibi et alijs impenſis. Sextum
quia eſt charitatiua operatio p̄ximorū.
quia pro ſalute eſt viuorū et mortuorū.
Nil quippe efficacius interpellat q̄ȝ ſan
guis chriſti effuſus in remiſſionē pecca/
torum. Septimū eſt laus dei et honor
ſanctorū. cum nihil habemus quo poſſi/
mus plus deū et ſanctos et deū laudare
q̄ȝ chriſtū ſacramentaliter deo patri of/
ferre et immolare. Octauū eſt ſitis ⁊ de
ſiderium augende charitatis chriſti per
augmentū gratiarū et cariſmatū. q̄r hoc
ſacramentū fontē cōtinet omniū gratia/
rum: ſanctificatorē et auctorē ſalutis ſcȝ
dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Ideo dicit eu/
chariſtia. id eſt bona gratia. Cetera aūt
ſacramēta fluenta ſunt et riuuli gratiarū
quibus ſanctificamur. ¶ Sit ergo intē/
tio celebrantis. hoc ſacramentū offerre p̄
profectu ſancte eccleſie. pro ſalute p̄pria
et aliorū ad honorē dei et ſanctorū. vt ec/
cleſia in pace cōſeruetur. Ad maloꝝ de/
uitationē. bonorū cōſeruationē. ad ani/
marū celeriorē liberationē. et penarū ipa/
rum ablationē. Et p̄ alijs pijs cauſis.

## ¶ Effectus et fructus miſſe. xxi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pctõꝝ vul a culpa ꝛ pe. ꝯ tẽtatões dia a malis cogita/
nera ꝓ pec. debita boli mõi ꝛ car. tionibus

**Sanat et abſoluit premunit purificatqꝫ**

bona opera i bõis opib⁹ bonũ in meli⁹ ꝑ grãz i tribula/
perdita et ꝟtutib⁹ tõe poſitos

**Reddit cõfirmat cõmutat viuificatqꝫ**

ad amorẽ dĩ et angelis et deuotõis aug hic ꝑ gratiã et in
bona faciẽda ſanctis mẽto ꝛ ꝟtutib⁹ futuro ꝑ glĩam

**Impellit ſociat incraſſat glorificatqꝫ**

aiaꝫ ſpũalr intellectũ mentẽ fomitẽ pcti eleuat ſpm̃

**Paſcit et illuſtrat delectat mitigat altat**

xp̃i ꝛ charitatẽ xp̃s ꝓ nob apõ prẽz i. fidẽ ſuã ꝯmẽdat

**Mortẽ cõmemorat ſimul aduocat atqꝫ decorat**

**Alia metra vnde ſupra**

inordinatã ꝯ demõis ꝯ mũdi ty peccata ſpm ꝟuien
libidinẽ nequiciã rannidẽ tẽ deo

**Extinguit munit cõfortat purgat et vnit**

ꝟtutib⁹ moralib⁹ paſſionẽ xp̃i animos.
et cardinalib⁹

**Moribus et memorẽ facit ac reficitqꝫ**

fides caritatẽ ſ. auget in bono ope ſpm̃ ſctm̃ id eſt viaticũ

**Fi. cha. ſpem firmat dat flamẽ ẽ hoſtia ſacra viamẽ**

**Miſſa dicit**

gratiam ſpm̃ ſctm̃ tentatões demones affcm̃ peccã pctã ve
acceptã dĩ mortalic nialia

**Augeo mitto mitigo terreo reprimo purgo**

deſideriũ intellectũ ꝛ merita ꝟtutes ad dei vnionẽ
ſanctũ mentẽ

**Igneo lumino duplico firmo ducoqꝫ propinquos**

eterne bridinis ꝛ grẽ altaris ꝟtutes ꝑ ſacri ꝑceptionẽ

**Et vitã dono tot menſe fercula pono**

## Orationes pulcre ac deuote dicende añ miſſe celebratione et ſacrā communionem.

Conſcientia trepida op̄s deꝰ accedo ad ſumendū myſteriū corpis et ſanguinis tui. de ꝓpriis meritis nihil p̄ſumens. ſed de tua ꝯfiſus miſcdia tm̄ accedens. Carnis mee me retrahit fragilitas ſed tāti myſterij delectat charitas. Recordare creature tue quā redemiſti. Peitet me ꝙ peccaui et te ad irā ꝓuocaui. et iō cupio me emendare te tn̄ adiuuāte. Da mihi dn̄e ſpaciū penitēdi: q̄ tādiu pepciſti delinquenti. Et cōcede vt hec p̄libatio corpis et ſanguīs tui quā indignꝰ mēte et corpe ſuſcipe et tractare debeo. ſit oīm peccatoꝝ remiſſio. cogitationū turpium fugatio. bonoꝝūq; ſenſuū reintegratio. operū tibi placentiū ſalubris efficatio. aīe et corpis ꝯtra diabolicas infeſtatōes fortiſſima tuitio. et cōtra vicia oīa inſuperabile firmamentū.

### Alia oratio

Domine deus clemētiſſime pater da mihi facinoroſo et oī ſcelere nequiſſimo. peccatis multis polluto. exigentibꝫ etiā culpis ad eternā damnationē iudicato. hodie corpꝰ et ſanguinē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i filij tui ſic ſumere te largiēte. vt ꝑ hec merear veniā omniū peccatoꝝ meoꝝ ſuſcipere et ſpiritu tuo ſancto repleri. et ab eo cuſtodiri ab omni malo. et in oī bono erudiri. qꝛ tu es deus verus et ſummus. Amen.

### Alia oratio vnde ſupra

Deus qui de indignis facis dignos. de peccatoribꝫ iuſtos. de immūdis mūdos. Mūda coꝛ meū ab oī cogitatōne immūda et ſorde peccati. et fac me dignū ſanctis altaribꝫ tuis miniſtrū. et ꝯcede ꝓpicius vt in hoc altari ad qð indignus accedo hoſtias acceptabiles offerā pietati tue. ꝓ peccatis et offenſionibus et meis innumeris q̊tidianis exceſſibꝫ. et ꝓ oībus circūſtantibꝫ oībuſq; mihi ꝯſanguinitate ac familiaritate ꝯiunctis. et ꝓ oībus xp̄ianis viuis atq; defunctis. Et per eū ſit tibi meū ſacrificiū acceptabile q̄ ſe deo patri obtulit in ſacrificiū ieſus xp̄s filiꝰ tuus dn̄s noſter. q̄ tecū viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. per oīa.

### Alia oratio

Omnipotēs ⁊ miſericors deꝰ. ecce ego indignꝰ pctōꝛ accedo ad ſacramētū corpis ⁊ ſanguīs filij tui vnigeniti dn̄i noſtri ieſu xp̄i Accedo inquā infirmus ad medicū vite. immundus ad fontē miſcdie. cecus ad lumē veritatis eterne. nudus ad regē glorie. Rogo ergo immēſe charitatis tue abundātiā. quatenus meā digneris ſanare infirmitatē. lauare feditatē. illuminare cecitatem. ditare pauptatē. veſtire nuditatē vt ipm̄ panē angeloꝝ regē regū et dn̄m dominantiū. tanta reuerētia. tali timore honore et amore. tāta fide puritate ⁊ deuotione. necnō tali ꝓpoſito et hūilitate ſuſcipere merear ſicut decet imperioſi ⁊ magnifici noīs tui. et expedit ſaluti aīe mee Accende dn̄e in me charitatē tuā. vicia extingue. virtutes infunde. grās adauge ſalutē mētis et corpis mihi tribue. Inclina celos tuos dn̄e ⁊ deſcēde ad me. vt tibi cōiunctus ⁊ vnitus tecū ꝑiter vnus efficiar ſpūs. O pie pater ꝯcede mihi vt dulciſſimū filiū tuū quē nūc velatū accidentibꝫ ſuſcipio reuelata tandē facie merear cōtemplari.

### Alia orō vnde ſupra

Veni piiſſime ieſu fons miſericoꝛdie. te toto coꝛde et oꝛe cōfiteoꝛ. te totis viribꝫ cōcupiſco. Dignare

queſo hodie infirmã animã meã te ſalu-
tarẽ victimã et fontẽ oĩm gratiarũ reci-
pere cupientẽ tã clemẽter et gratioſe in-
uiſere vt medelã in corꝑe ⁊ aĩa tua ex p̄-
ſentia gaudeam inueniſſe. Ne reſpicias
dñe iniq̃tates et negligẽtias meas pluri
mas ſed ad tuas miſeratiões infinitas.
Tu nãqꝫ es ꝑ quẽ orbis terre eſt creat⁹
et ſanat⁹. Tu es ille agnus imaculatus
ꝗ ꝓ totius mundi redemptõe p̄ri eterno
mactaris O mãna dulciſſimũ. o nectar
ſuauiſſimũ cõfer ori meo tue ſalutaris
p̄n̄tie mellifluũ guſtũ. accende in me cha
ritatẽ dei et ꝓximi mei. O venerabile ſa
cramentũ. ꝑ te q̃ſo oẽs inimici mei repel
lantur. peccata dimittant᷑. et oĩa mala ꝑ
tuã p̄ſentiã excludant᷑. Bonũ ꝓpoſitũ tri
bue. mores corrige. et oẽs actus meos
in tua volũtate diſpone. Intellect⁹ meus
huic nouo lumine illuſtret᷑. affect⁹ inflã-
metur. et vita mea in melius emendetur
et tandẽ cõferat᷑ exitus beatus.

## ¶ Alia oratio

Omnes ſenſus mei cũrrite. et di
lecto hoſpiti occurrite. hoſpitiuꝫ
prebete. tantoqꝫ dulci hoſpiti.
ieſu ꝑhenni p̄ncipi. cũ amore dicite. De-
ſiderate milies. mi ieſu nũc aduenies. tua
carne et ſanguine me ſaties et tecũ cena-
re facies. O vos ſummi p̄ncipes ieſum
adducite mei cordis hoſpiciũ poſſidere
facite. ꝑ amoris ſuſpiriũ ſedẽ ſibi in me
p̄parate. et ibi eũ frequẽtare. Jeſu bone
cito veni corda noſtra gratia tua ſint ple-
na. vt ibi dulciter poſſis q̇eſcere ſalubri-
ter cõmorare in hac vita. vt poſtea regne
mus tecũ ꝑ ſecula oĩa i eterna vita. amẽ.

## ¶ Sacrdos ſacrificaturus dũ veſtes exuit dicat.

Exue me dñe veterẽ hoĩeꝫ cũ acti
bus ſuis et indue me nouũ ho-
minẽ qui ſ᷑m deũ creatus eſt in
iuſticia ſanctitate et veritate

## ¶ Lauãdo manus oret dicẽs

Largire ſenſib⁊ meis oꝑs de⁹ vt ſi-
cut exterius abluuntur inquinamẽ
ta manuũ mearũ. ita a te interius mun-
dentur pollutões mentiũ et creſcãt i no-
bis ſanctarũ augmẽta virtutũ. ¶ Alia
¶ Intus et exteri⁹ caput corpus et mẽ-
tẽ meũ tuus emũdet dñe ſpũs almus.

## ¶ Tergẽdo manus dicat

Da dñe virtutẽ manib⁊ meis ad ab
ſtergendã omnẽ malitiã. vt valeã
puro corde et corꝑe tibi deo oĩpotenti ſer
uire.

## ¶ Inducẽs hũerale legat

Humeros meos et pectus meũ ſpi
ritus ſancti gratia ꝓtege dñe. renes
qꝫ meos viciĩs oĩbus expulſis p̄cinge
ad ſacrificandũ deo viuenti in ſecula ſe-
culorum. Amen.

## ¶ Ad albam oratio

Veſtimento ſalutis indue me dñe ⁊
circũda me lorica tue fortitudis et
ſpũali intellcũ ad ſuꝑandas oĩm inimĩ
coꝝ meorũ iſidias viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ

## ¶ Ad zonam oratio

Precinge me dñe zona iuſticie ⁊ cõ
ſtringe me in dilectõne dei et ꝓximĩ
mei in virtute caſtitatis et pudicicie.

## ¶ Ad manipulum

Stolã innocentie pone ſuper ma-
num meã dñe et appone iuſticiã ꝓ
iniquitate mea.

## ¶ Ad ſtolam oratio

Stola iuſticie circunda dñe ceruicẽ
meã et ab oĩ pollutõe peccati puri-
fica mentẽ meã. quia tu dixiſti. Jugum
eũ ſuaue eſt et onus m leve.

Indue me dñe veſtimēto humi
litatis charitatis et pacis. et cō-
concede mihi protectionem con
tra inſiſtantē hoſtem vt valeā pudro cor-
de ꝛ corpore laudare nomē tuū glorioſuȝ
in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sacerdotalib⁹ veſtibus indut⁹ dicat
orōes cōſuetas. Et ſequentiā de ſpū ſan
cto. Veni ſancte ſpiritus et emitte celit⁹
Vel hymnū de ſancto ſpiritu. Veni cre
ator ſpiritus ꝛc. cū collectis.

## ¶ Ante ſumptionē corporis chriſti dic corde

O Fortiſſime et piiſſime deus ama-
tor meus ingredere atriū hoc ꝛ ex-
clude aduerſariū cū oibus vaſis ſuis tu
poſſide rege dirige et ſanctifica me et in
vitā eternā perduc me. Amen.

## ¶ Ad ſumptionē calicis

Dñe mi miſericors et miſerator hoc
potu me inebries vt de reliquo nō
ſitiā que ſunt mūdi carnis et diaboli ſed
que tue ſunt voluntatis. Amen.

## ¶ Orationes deuote ſequun- tur dicende poſt celebratio nē et ſacrā cōmunionē.

Gratias tibi ago dñe ſctē pa-
ter ops eterne deus q̄ me in-
dignū famulū tuū ꝑ tuā gra-
tiā nullis meis meritis exigē-
tibus ſatiare dignatus es corpore ꝛ ſan-
guine dilectiſſimi filii tui dñi noſtri ieſu
chriſti. Te deprecor vt hec ſalutaris cō-
munio non ſit mihi reatus ad penā. ſed
interceſſio ſalutaris ad veniā. ſit mihi ar
matura fidei et ſcutū bone volūtatis ſit
mihi viciorū meorū euacuatio. cōcupi-
ſcentie et libidinis exterminatio. charita
tis hūilitatis patiētie caſtitatis et obedi
entie. et omniū virtutū et ſalutis augmē
tatio. ſit etiam cōtra inſidias inimicorū
meorū viſibiliū ꝛ inuiſibiliū firma defen
ſio. viciorū meoꝝ tā carnaliū q̄ȝ ſpiritua
lium ꝑfecta quietatio. in te vna et ſola fir
ma adheſio atq̄ȝ mei finis ꝑfecta ꝯſum
matio. Et deprecor te vt me famulū tu-
um ad illud ineffabile cōuiuiū ꝑducere
digneris vbi tu es ſanctis tuis vera lux
ſatietas plena. iocūditas ſumma. felici-
tas ꝑfecta. et gaudiū ſempiternū.

## ¶ Alia oratio

Summe ꝓpiciator dñe ieſu xp̄e cō-
ſigna cor meū ſeptiformis ſpiritus
tui ſanctimonia vt in hoc ſacro ſanctū
corpus tuū qd ſumpſi ſanitas ſit et dul-
cedo aīe mee. ſalus et ſanctitas in oi ten
tatione. pax et gaudiuȝ in omni tribula-
tione. lumē et veritas in omni verbo et
opere. ſolatium et tutela finalis in mor-
te. Amen.

## ¶ Alia oratio

O Anima chriſti ſanctifica me. Cor
pus xp̄i ſalua me. Sanguis chriſti
inebria me. Aqua lateris xp̄i laua me.
Sudor xp̄i ſana me. Paſſio xp̄i cōforta
me. O bone ieſu xp̄e exaudi me. Intra
vulnera tua ſanctiſſima abſcōdi me. et
ne ꝑmittas me ſeparari a te. Ab hoſte ma
ligno defende me. in hora mortꝭ mee vo
ca me. pone me iuxta te. vt cū ſanctis an
gelis tuis videā et laudē te in ſecula ſecu
lorum. Amen.

## ¶ Dicenti hanc orationē poſt miſſe celebrationē re- laxat clemens papa verba in canone ſincopata vel ite rata. Et conceſſit. ccc. dies indulgentiarum.

Obſecro dulciſſime domine ieſu
xp̄e vt paſſio tua ſit mihi virtus
qua muniar ꝓtegar et defendar.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vulnera tua ſint mihi cibus et potus
quib9 paſcar inebrier et delecter. Aſper-
ſio ſanguinis tui ſit mihi ablutio omniū
peccatoꝝ meorū. Mors tua ſit mihi vi
ta et gloria ſempiterna. In his ſit mihi
refectio et exultatio. ſanitas et dulcedo.
ſtudiū et gaudiū deſideriū ⁊ ſolaciū cor-
dis mei nūc et ſꝑ. Qui vi. et reg. cū.
Añ. O ſacrū ꝯuiuiū in quo xp̄s ſumit
recolit mēoria paſſionis ei9. mens imple
tur gratia et future glorie nobis pignus
datur.. Vſi. Panē celi dedit eis. Panē
angeloꝝ manducauit homo. Oratio

DEus qui nobis ſub ſacramēto mi
rabili paſſoinis tue mēoriā reliqui
ſti. tribue q̄s. ita nos corꝑis ⁊ ſanguinis
tui ſacra myſteria venerari. vt redēptio-
nis tue fructū in nobis iugiter ſentiam9.
Qui viuis et regnas.

## Alia oratio

GRatias tibi ago dn̄e deus pater
op̄s piiſſime ꝙ feciſti me indi-
gnū famulū tuū hodie fieri par-
ticipē ſanctiſſimi corꝑis et ſanguinis fi-
lii tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. te dep̄cor benigniſ-
ſime pater doce me ī hoc ſeculo ſobrie iu
ſte pie et caſte viuere. verā hūilitatē pa-
tientiā et benignitatē cunctis exhibere.
bonū exemplū aliis p̄bere. vt oēs boni-
tatē tuā in me cognoſcētes glorificēt no
men tuū qđ eſt bn̄dictū in ſecula. San-
cte deus. ſancte fortis. ſancte ⁊ imorta-
lis miſerere mihi famulo tuo. Et diui-
nū auxiliū maneat ſꝑ mecū. Amen.

## Alia oratio

LAus tibi ſit o fons vite viuens.
vena dulcedinis inexhauſte iubi
lus mētis: decor et ſapor angelo
rū. gaudiū et cōſolatio oim̄ ſanctoꝝ ieſu
xp̄e. ꝙ me pauperē et exulē celeſti cōui-
uio. angelorū ferculo hodie aſſociaſti. et
immortali cibo potuqꝫ corꝑis et ſangui-
nis tui ſatiaſti. Per hāc cōionē me queſo

ab oib9 viciis purges. ⁊ ab inſidiis hoſti
um viſibiliū ⁊ inuiſibiliū cuſtodias. Do
na mihi ſcelera mea ꝑfecte cognoſcere et
cōfiteri. tribue dolere ꝓ peccatis p̄teritis
cauere de futuris. libera me ab oib9 deli-
ctis meis. atqꝫ me in tuis gratiis ac do-
nis. opibuſqꝫ bonis tibi placitis cōſer-
ues. tuā me voluntatē doceas. et aīe me
quā mō dulciter ſentio eſſe refectā cū di-
es extrem9 fuerit dux et benign9 et defen
ſor exiſtas. et ipam in regnū celoꝝ venire
facias vbi te laudare poſſit cū ſanctis oī
bus ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## Alia oratio

Eya nūc p̄cor te piiſſime deus pro
oibus familiarib9 et aicis meis
vt ꝑ adiutricē hui9 ſacri virtutez
eos dirigas ad eternaz ſalutē. Precor te
mitiſſime de9 ꝓ oibus bonis hoib9. vt ꝑ
cōfirmatricē hui9 ſacri virtutē cōfirmes
et munias eos ad eternā ſalutē. Precor
te benigniſſime deus ꝓ peccatis vniuer
ſis. vt ꝑ reparatricē hui9 ſacri virtutē. re-
pares et ꝯuertas eos ad eternā ſalutem.
Precor te clemētiſſime deus ꝓ oibus fi-
delibus defunctis vt ꝑ liberatricē huius
ſacramēti virtutē liberes ⁊ abſoluas eos
a malis et a penis: et ad eternā ꝑducas
ſalutē. Mi dn̄e deus orans oro te inſtā
ter ꝑ hoc ſanctiſſimū ſacramentū tuū. vt
ſpeciales meos ſpecialiter velis viſitare ⁊
bonos in bono ꝯfirmare. et malos a ma-
lo reuocare. et purgādos a purgatorio li-
berare digneris pater miſericordiaꝝ. per
tuā ineffabilē ⁊ maximā miſericordiā; in
eternū. Amen.

## Oratio poſt miſſam

INeffabilē miſericordiā tuā dn̄e
ieſu xp̄e hūiliter exoro. vt h̄ ſan-
ctiſſimū corꝑis ⁊ ſanguis tui ſa-
cramentū qđ ſuſcepi indign9. ſit mihi pur
gatio ſcelerū. ſit fortitudo fragiliū. ſit cō-
tra mundi ꝑicula firmamentū. ſit impe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tratio venie ſit ſtabilimentū grē. ſit me-
dicina vite. ſit mēoria paſſionis tue. ſit cō
tra debilitatē fomitis. ſit viaticū mee pe
grinatōnis. Euntē me cō ducat. errantē
me reducat. reuertentē me ſuſcipiat. titu
bantē me teneat. cadentē me erigat. i bo
no pſeuerantē me faciat. et ad celeſtē glo
riā me pducat. O altiſſime deꝰ. beatiſſi
ma pñtia corpis et ſanguinis tui ſic im
mutet palatū cordis mei vt pter te ſenti-
at dulcedinē. nullā amet pulcritudinē.
nullā amet illicitū amorē. nullā deſideret
cōſolationē. nullā vnq̄ admittat malā
delectationē. nullū curet honorē. nullā ti
meat crudelitatē et tribulationē. amen.

## Incipit tractatus de lau de et virtute pſalmorū et de horis canonicis dicēdis

Angelis ſociant̄ et aſſimilant̄
hi q̄ deuote deo pſallūt ipmq̄
ex toto corde laudāt. Hoc eſt
eīm negociū angeloꝝ ſcꝫ lau-
dare deū. Unde dr ps. lxvij. de angelis.
Preuenerūt principes ꝯiuncti pſallēti-
tibus in medio iuuencularū tympani-
ſtriarū. Deuotioni nāq̄ pſallentiū adeſt
pñtia ꝛ ꝯgratulatio angeloꝝ. qd pſal. de
ſignauit dicēs. In ꝯſpectu angeloꝝ pſal
lam tibi. Unū ergo ſūmope cauendū eſt
ne angeli diſcedant pter noſtrā deſidiā
negligentiā inſolentiā. aut diſſonā melo
diā. et diſplicentiā habeāt de nobis, put
narrat̄ in vitiſpatrum. Reuera doctores
ſancti lati pſequētes laudē pſallentiū et
modū pſallendi. ſic ponūt dicētes in ge-
nere. ꝙ nullus poſſit mortaliū verbis vl
mente virtutes pſalmoꝝ ꝛ laudē diuinā
explicare. ſi nō dūtaxat labioꝝ ſuperficie
ſed intēta mēte et puro corde diuine lau-
des pſoluant̄. In pſalmis inuenies ſi in
tenta mēte nō celeritate verboꝝ pſcrute-
ris. dñici verbi incarnationē. paſſionē. re
ſurrectionē. et aſcenſionē. In pſalmis in-
uenies intimā peccatoꝝ ꝯfeſſionē. et inti
mā deprecationē diuine miſcdie. pſidiū
cōtra aduerſitates oīm rerū q̄ tibi acci-
dūt. dignāq̄ gratiarū actionē. In pſal-
mis ꝯfiteris infirmitatē tuā atꝫ miſeriā
et p ipos deū inuitas ad miſericordiā. ſi
a deo mereris vt tibi reuelet ſecreta pſal
morū. oēs in eis inuenies virtutes. Si
vis ꝯfeſſionē ꝛ peccatoꝝ agere pniaꝫ. nō
celeritate verboꝝ ſed intēta mēte ſepte-
nos dauiticos pnīe decanta pſalmos. et
celerrimā expieris dei clementiā. mentē
tuā ſpirituali gaudio illuminare. et ma-
gnā ſpem indulgētie tibi pmittere. Si
vis orare laxa mentē tuā in virtute pſal
morū quoꝝ initiū eſt. Ad te dñe leuaui
animā meā. In te dñe ſperaui. Inclina
dñe. Deus in adiutoriū. Deus in noīe
tuo. Deus miſereat̄ nřī. Exaudi deus
primū. et nulla tenꝰ hūanus animos pōt
tā pfecte miſeriā et tribulationē ſuā. an-
guſtiaſq̄ tentationū explicare. et dei mi-
ſericordiaꝫ inuocare. Si vis maieſtatē
dñi laudare. oīmq̄ beneficioꝝ grās age-
re. decanta pſalmos. quorū titulus eſt al
leluia. et. Bñdic aīa mea dñm. In hoc
ſacrificiū offers deo oīpotenti dulciꝰ ſup
mel et fauū. Si hūanis vel ſpūalibꝫ ten
tationibꝫ affligeris. vt videaris a deo de
relictus. intima mēte decanta pſalmos
quoꝝ initiū eſt. Deus meꝰ reſpice. Ex-
audi deus orōꝫ meā cū dep̄cor. Saluū
me fac deus. et ſtatim deus pondus al-
leuiabit tibi. Si pñs vita tibi ē faſtidio
ſa et tedioſa. et ardenti deſiderio ad vidē-
dū oīpotentē deū accenderis. hos decan
ta pſalmos. Quēadmodū. Quā dilecta.
Deus deꝰ meus ad te. et cōplebit̄ deſide
riū tuū. Si in tribulationibꝫ derelictuꝫ
te intelligis ꝯpuncto corde decanta pſal
mos. Uſq̄quo dñe. Deus auribꝫ. Mi
ſerere mei deus. qm̄ cōculcauit. Exau-
di deus orationē meā et ne deſpexeris.
In te dñe ſperaui. et ſtatim viſitabit de-
us anguſtias tuas pprcius. Accepta ita
q̄ quiete decanta in laudē dei. Benedi

cam dominū in omni tēpore. Benedic
ā. virtūqꝫ Exaltabo te dn̄e. Et ſp ſiue
aduerſitatis ſiue pſperitatis tp̄e. hymnū
triū pueroꝝ pſalle. null⁹ eīm mortaliū vir
tutū hui⁹ hymni explicare p̄t. in quo oīs
creatura ad laudandū deū inuitat̄. Si
in diuinis laudibus et mandatis te exer
cere cupis decanta pſalmū. Beati ima-
culati in via. et licet vſqꝫ in finē vite tue
huius pſalmi virtutē ſcrutat⁹ fueris: pfe-
cte tn̄ intelligere nō poteris. Vn̄ de vir-
tute pſalmoꝝ ſic inqt beat⁹ Hiero. Cā
ticū pſalmoꝝ virtutes infundit. aīas de
corat. angelos inuitat in adiutoriū. effu-
gat demōes. expellit tenebras. efficit ſan
ctitatē. hoī peccatori eſt refectio mentis.
peccata delet. ſanctorū auget fidē. ſicut
ſol illuminat. ſicut aqua ſanctificat ſicut
ignis peccatū exurit. ſicut oleū defluit.
oleū eſt miſericordie. ſol iuſticie. pars an-
geloꝝ electa. deū oſtendit. diabolū offen-
dit. voluntatē illicitā extinguit. aſperita-
tem eijcit. omnē furorē deprimit. iracun-
diā frangit. ſit̄e eſt melle. carmē eſt electo
rum apud deū. omne peccatū expellit.
vinculū eſt charitatis. emendat oīa. pe-
netrat oīa: ſuffert oīa. docet oīa. ſignificat
oīa animā magnificat. turrim excelſam
edificat. os purificat. cor letificat. hoīem
clarificat. ſenſus aperit. oē malū occidit.
pfectionē inſtruit excelſa demonſtrat. de
ſideriū regni celeſtis donat. pacem inter
corpus et animā facit. Ignē ſpiritualē
in corde accendit. cōtra oīa vicia ſollici-
tudo eſt. certamen bonū quotidie eſt. ra-
dicē oīm malorū expellit. ſicut lorica in-
duit. ſicut galea defendit. ſpes eſt ſalutis.
cōſolatio doloris, ꝓtectio laboris. noticia
veri luminis. fons ſanctitatis. iuuenē ho
minē caſtigat. regnū celoꝝ ſup terrā dat
tediū aīe tollit. tuba eſt mirabilis. Qui
diligit canticū pſalmoꝝ aſſiduū: nō pōt
amare peccatū. Qui habet laudē dei in
corde ſuo: poſtremo gaudebit cum deo.
aīam ſuā in celo letificabit in ſecula ſecu
lorū. Hec hieronym⁹. ¶ In pſalmis de

ſcribunt̄ pmia bonoꝝ. ſupplicia maloꝝ.
rudimēta incipientiū. ꝓgreſſio pficiētiū
pfectio ꝑueniētiū vita actiuoꝝ ſpeculatio
ꝯtēplatiuorū. Et qꝛ decātatio horarū ca
nonicarū laudē diuinū ꝯtinētiū debita
ſeruitus q̄dā appellat̄. In ſeruitio aūt a
licui debito quiuis debet eſſe fidelis. ne
apicē nec iotā pteriat vel omittat: ſed in-
tegrū ſeruitiū ſuū ſine fraude perficiat vt
ſcribit̄. xij. diſt. c. preſ byter. Seruit⁹ eſt
clericoꝝ ſeptē horaꝝ ſeruitia q̄libet die
pſoluere. Unde ergo ille qui alicui quali
bet die obligaretur in ſeptē florenis. ſi in
vno minus perſolueret nō plene ſatiſfa-
ceret. ſic qui cantat vel legit laudes diui
nas ſincopando auferesando aut apoco-
pando nō integraliter ſatiſfacit. et per cō-
ſequens negligēter et grauiter peccando
agit: et maledictionē incurrit. Iuxta il-
lud Iere. Maledictus homo qui facit
opus dei negligēter. De hoc cantor Pa-
riſienſis ita inquit. Chariſſime vt eter-
num premiū adipiſcaris. inſiſte orationi
et laudi diuine moroſe pſcrutabiliter: et
nō tranſitorie. Cum eīm aliquis tranſ-
currendo reliquerit litterā vel ſyllabā aut
dictionē ſeu orationē de horis debitis:
perperā ꝛ praue orauit. tenet̄ eīm ita bene
ad vnā orationē dictionē litterā vel ſylla
bam ſicut ad aliā. cū de ſubſtātia ſit ora
tionis ſeu pſalmi aut laudis diuine. At
tendant ergo illi qui fraudulenter et fur-
tiue pſallant et orant. auferesim faciēdo
in principio ſcꝫ dictionis. ſiue ſincopam
de medio tollendo. aut apocopā in fine
abſcindendo. ꝙ infideliter pſallūt: quia
non integre vt tenentur. quia furant̄ aut
ſurripiunt plures particulas. nec ſatiſfa
ciunt ꝛ de omiſſis reddituri ſunt deo ra
tionē. Hinc eſt ergo ꝙ ſathanas huius
negligentie adiutor vt poſſit negligentes
accuſare. viſus eſt a ſanctis patribus ne
gligentias iſtas cōſcribere. Unde in vi
tis patrū narratur. Quomodo quidam
pater ſanctus vidit quendā demonē in
corporali effigie apparentē. in feneſtra qꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chori ſedentē. in quadā cute pergaminea
conſcribere negligētias pſallentiū et can
tantiū. Itē diabolus cuidā homini de-
uoto occurrens. interrogatus ab eo vñ
veniret. Reſpondit demon. de quodam
collegio ſe venire. vbi aſſeruit ſe in ſac-
co ſuo collegiſſe dictiones et ſyllabas in
diuino officio ꝑ ſincopā obmiſſas vt ta-
les in die iudicij de huiuſmodi negligen
tijs accuſare poſſet. Circuit nāqꝫ ſathan
terrā et perambulat eā cōſiderando vnū
quēqꝫ quomodo eū ad negligentias vel
ad faciendū mala perducere valeat. ꝓut
innuit beatus Job in pmo in ſecundo
capitulis. Et. i. Pe. ij. Aduerſarius dia-
bolus veſter ₰c. ¶ Circa quod ſciendū
eſt de negligentia horarū quantū ſit pec
catū. Reſpondit Alexan. de ales. ꝙ qñ
cōſuetudo negligentie circa negociū pſal
lendi ſeu laudandi deū ducit hominē in
contemptū. tunc neglīgētia talis eſt pec
catum mortale. quia ꝑt accidere ꝙ ex cō
ſuetudine quā habet homo negligenter
pſallendi. cōtemnat et nō curat bñ pſal-
lere vel dicere horas ſuas. Nam ratio ha
bet duas portiones. ſuperiorē et inferiorē
Quando ergo pars ſuperior nō acquie-
ſcit inferiori parte nō bene pſallendo ſiue
negligenter. nō dicit̄ cōtemptus nec ne-
gligentia mortale peccatum ſed veniale.
Quando vero acquieſcit et non cohibet
partē inferiorē quā debet cohibere. tunc
eſt cōtemptus. et iſta negligentia eſt pec
catū mortale. ¶ Unde nota ꝙ oēs col-
laudantes tenentur auſcultare et aduer-
tere quid alij canunt pſallunt vel legunt
Alij vero pſallentes cantantes et legen-
tes tenent̄ diſtincte et ꝑceptibiliter ꝓnū-
ciare: etiā ſub debitis accentibus. Qui
eñ cātat in choro toto conamine ſuo di-
ſtincte et aperte. et per cōſequēs ꝑcepti-
biliter hoc facere debet. vt ipſemet ſimili
ter et alij ſenſum verborū valeant ꝑcipere
Ex his ſequitur ꝙ moroſe et nō celeriter
quis debeat diuinā laudē tranſcurrere.
Nā ſi quis tranſcurrendo nimis celeri-

terqꝫ cantat vel legit. ſenſum verborum
nec ipſe percipit nec audiētes ꝑcipere per
mittit. et in hoc ꝓculdubio cōtra ſeipm
et ꝓximū peccat. Unde ergo qui ſunt cō
ſueti ſic corrupte et nimis celeriter pſal-
lere. debet aduertere damnum ſuum et
proximorū. et negligentiā ſuam emen-
dare: et non dicere. quia ſufficit integra
verba ꝓferre. Ratio. quia nec ipſi ſeipſos
nec alij eos intelligere poſſunt. et ſic effe
ctum et fructū laudi diuine auferūt. ſm
ꝙ dicit cantor pariſienſis lib. v. Nullus
poteſt inqt cui ſim bene legere orare pſal
lere aut cōtemplationi intendere. Itaqꝫ
chariſſime vt eternū adipiſcaris premiū
inſiſte orationi et pſalmodie moroſe ſcru
tabiliter et non tranſitorie. Etiā vt im-
permixte laus diuina perficiat̄. id eſt vt
nihil addatur ſine auctoritate ſuperiorū
ius ordinandi habentiū. quia qui aliqđ
addit vel diminuit ꝓpria auctoritate: ſu-
ſupſtitioſus dicit̄ et falſarius reputatur
ꝓut ſatis copioſe dicit beatus Thomas
ſcđa ſcđe. Bernar. ſup cantica dic. Pſal
lentib9 dignantur admiſceri angeli ſan-
cti. ea ꝓpter attendite angelos cū ſtatis
ad orandū ₇ pſallendū. et ſtate cum reue
rētia et diſciplina. Ipſi nimirū miſſi ſunt
in miniſteriū ꝓpter nos. qui vt heredita-
tem capiamus ſalutis. deuotionē noſtrā
ferunt in ſuperna ₇ referūt gratiā. Uſur
pemus officium quorū ſortimur cōſor-
tium. laudē cum celi cantorib9 in cōmu-
ni dicentes. vtpote ciues ſanctorū ₇ do-
meſtici dei. O ſi quis haberet oculos a-
pertos et videret qua cura. quoue tripu-
dio interſunt cantantibus. ſupſunt quie-
ſcentibus ordinantibus et ꝓcurantibus
pſunt. Unde vos moneo chariſſimi pu
re ſemper ac ſtrennue diuinis intereſſe
laudibus. Strennue quidē vt ſicut reue
renter ita et alacriter dño aſſiſtatis No
pigri. nō ſomnolenti. nō oſcitantes. non
parcentes vocibus. nō ꝑcidentes verba
dimidia. nō integra tranſilientes. nō fra
ctis et remiſſis vocibus. ſed virili vt di

gnū eſt ſonitu et affectu. voces ſpiritus
ſancti depromētes. Pſalle vero vt nil ali
ud dum pſallitis ꝙ qđ pſallitis cogitetis.
Sed nec illa quidē pfecte recipere tunc
cōſulerim que forte pauloante in came-
ris ſedentes in codicibus legeratis ſalu-
bria ſunt. ſed minime illa ſalubriter in-
terpſallendū reuoluitis. Spiritus enī
ſanctus illa hora gratū nō recipit. quic-
quid aliud ꝙ debes neglecto eo qđ de-
bes obtuleris. Hec ille. Item Hiero.
dicit. Sic diſtincte alternatim pſalmi le
ctioneſq; ſacre ꝓferantur. vt ob colliſio-
nes et hiatus et barbariſmos ad riſum
nō ꝓuocentur angelici ſpiritus. Sit ſemꝑ
moderatus quietus et ſuauis ſonus in
vocibus. nec vlla pompa in diuinis ꝑco
nijs locū habeat. Summa deuotio. cre-
bra ſuſpiria et lachrymas fundat. Sic
moroſitas ſic velocitas teneatur ꝙ nec fa-
ſtidium nec impeditio lingue poſſit ori-
ri. Nulla vnq; verba ꝙtumcūq; vtilia
ꝓferantur inter pſallētes. ſed illud in mē
tis archano ſumma cū diligentia rumi-
netur introrſum quod ꝓagitur extrorſum
Nullius eſt meriti ore diuina officia ver
boſitare. et miſera mente que extrinſecus
imminent vagando circuire. Hec Hie
ro. Quis ergo ꝓpter quaſcūq; orōnes
priuatas. audet curſorie legere horas ca
noīcas. ad quas aſtrictus eſt ex obedien
tia. cum obedientia maior ſit ꝙ etiā que
cunq; victime.. Legamus igitur di
ſtincte et ad intellectū horas canonicas
et ſingula verba debite proferamus.

Nota quicunq; diligentiā ſuā fecerit
ſi tn̄ ex ſubreptione inimici. vel infirmi-
tate humana corde euagatus fuerit ⁊ di
ſtractus ab intentione in aliqua horarū
cōtra ſuā voluntatē. Illi remittit Inno
centius papa quintus omnē negligen-
tiam in eadē hora cōtractā. poſtq; ſequē
tem orationē poſt finē eiuſdē hore deuo-
te dixerit.

Oratio.

SAncte et indiuidue trinitati. Ie-
ſu chriſti crucifixi humanitati.
et beate marie virgini ac matri regis al
tiſſimi. ſit ſempiterna gloria ab omni cre
atura: ꝑ infinita ſecula ſeculorū. Amen.

Legamus igitur chariſſimi intellectua-
liter cū cordis actione. Affectualiter cū
mentis deuotione. Integraliter cū ple-
na expreſſione. Venerabiliter cum ge-
ſtu corporis et oris. Cōgruenter in ho-
ris inſtitutis. Qui deuote legit horas
canonicas multas cōſequitur vtilitates
Prima ꝙ ſoluit tributū. quia quilibet te
netur laudare deum. Secunda alleuiat
cōſcientiā. Tercia quia deus illas ora-
tiones libentius et citius exaudit ꝙ ali
as orationes priuatas. Quarta quia oīa
facta et facienda illius hominis deus ꝓ
ſpere regit et diſponit. Quinta talis cō
ſolabitur in tribulatione ſua. Sexta de-
us preſeruat illum a periculis et cōfuſio-
ne quibus incidere deberet ꝓpter deme
rita eius. Septima deus ipm̄ vngit ſpi
rituali gratia. Octaua ipm̄ deus ducet
ad celeſtes ciues deum ſine fine laudan
tes. Nona deus eſt cuſtos illius homi-
nis quocūq; ſe vertit. Decima ꝙ dabit
ſibi beatū finē Undecima ipm̄ deus ci-
tius a peccatis ſuis per penitentiā vo-
cat ꝙ aliū. Duodecima angeli ſibi erunt
familiares et amici. Tredecima omnia
opera eius fiunt magis ſibi meritoria.
viuis et defunctis vtiliora et deo acce-
ptiora.

¶ De horis dicendis hos no-
ta verſos.

¶ Canonicas horas ſi deuote legis oras
Tunc orantur hore cū corde leguntur et ore
Littera neglecta vel ſyllaba murmure tecta
Dictio nō recta ſi ſit mala lectio lecta
Colligit hoc ſathanas ſi nō cū corde laboras
Fragmina verborū titiuillus colligit horū
quaqз die mille vicibus ſe ſarcinat ille
quid facis extra chorū qui debitor officiorū
Es diuinorū cur induis acta vagorum
Deſine ſtare foras qꝛ chriſtus ponderat horas
Et numerando moras diſtinguit qualiter oras
qui pſalmos reſecat et verba dauitica curtat
Nil inde magis feret quā ſi ſua lingua taceret
Cū dn̄o pſalles pſallendo tu tria ſerues
Dirige cor ſurſum. profer bene. reſpice ſenſum
Auſcultādo cane ſimul incipe deſine plane
Nunc lege nūc ora nunc cū feruore labora
Nunc cōtemplare nūc ſcripturas meditare
Sic erit hora breuis et tibi labor leuis

.i. horas reglares deuote bn̄ lege deo tribu tū ꝛ obitū ꝯſciam miſericordi potius q̄ꝫ alias orōes
Canonicas bn̄ dic ſoluis leuias deus audit

alia agēdo ſalubriter dirigit ꝯſolat .i. ꝯfuſioni obſiſtit q̄ mentē gr̄a illa die poſſint accidere
Altera facta regit ſolans chaos obſtat et vngit

ſupnis ciuib; et h̄ in affectu q̄b; ꝯcordat effectu cuſtodit a mal' culpe et pene bn̄dictū finē tribuit horas deuote dicenti
Et ſuperis iungit cuſtod finē benedicit

¶ Pſalmi quinq; ꝯ opera bona faciunt

p futuris pp preteritis de bonis de beneficijs de culpis
Orant gemunt ſperant gratulantur et timent

Ter quinquagenos dauid ponit in ordinē pſalmos
Verſus ſex mille ſex centum ſex tenet ille

¶ Ad intelligentiā horū verſuū ſequētiū. Si vis hrē
exēplū de aliquo viciorū vel virtutū ī margine ſigna
torū. videas vocabula et noīa in ordine verſuū poſita
que per quotā illis ſuprapoſitā in biblia reperies.

esaie 34 2 mach 9 genes 20 dan̄ 2 Luc 18
¶ Lucifer antiochus nēroth nabucho. phariſeus ſuperbia

genes 4 3 regū 12 2 regū 17 2 paralip 18
¶ Ira cayn roboam ferit achitophet ēt oziam ira

1 regū 24 2 reg 3 2 regū 14 gen̄ 37
¶ Inuidere malo ſaul ioab ammon iacobite inuidia

ezech 18 nūe 21 exod 18 genes 13 ruth 1
¶ zodoma iudea pigri loth vxor et orpha accidia

nume 32 nūe 34 exod 18 math 26 3 reg 5
¶ Ruben achor cupidi balaā iudaſq; ieſi auaricia

daniel 14 1 regū 2 gen̄ 25 1 regū 14 luce 15
¶ Bel vorat et phinees eſau ionathas quoq; diues gula

genesis 19 iudicū 3 genes 34 2 regū 14 nūe 25
¶ Penthapolis gabaa et onas mare defluit amō

1 regū 2 daniel 11 gen̄ 49 iudic 16 3 regū 2 nūe 25
¶ Dauid presbyteri ruben, ſamſon ſalomō ſab luxuria

gen̄ 4 luc 2 mat 3 luce 2 luce 18
¶ Abel virgo ieſus hūilis quoq; iuſtificatus hūilitas

genes 16 nume 12 1 regū 7 thobie 2
Manſueſcūt iſaac moiſes ſamuelqꝫ thobias (māſuetu.
.i. martyres
queris amoroſos omnes tibi collige paſſos (charitas
ioſue 14 puerb 31 2 mach 38 1 regū 14
Sunt fortes ioſue mulier iudas ionathaſqꝫ (fortitudo
ruth 2 luce 19 2 regū 19 genes 18 geñ 19
Ipſe pius boos zacheus berſel abraam loth (largitas
exodi 24 daniel 7 ione 3 matth 3
Abſtinuit moiſes daniel niniuita iohānes (abſtinētia
hester 14 genes 18 iudith 2 daniel 14
Hester cum ſara cum iudith caſta ſuſanna (caſtitas
2 regū 21 exodi 21 iob 1 geñ 19 gene 4
Amon, iudea nati iob loth godolia (de cōuiuio
daniel 5 marci 6 iudith 12
Balthaſar herodes epulabantur holofernes
luce 10 ioſue 13 geñ 16 geneſis 18
Mart raab loth, obeth abraam gaudet (de hoſpitatōe

# Incipit ſpeculũ peccatorũ

QUontã chariſſime in via hu-
ius vite fugiẽtis ſumus. dies
noſtri ſicut vmbra ꝑtereunt.
Neceſſe eſt igit̄ corde ſollicito
ſepius memorari. qḋ nr̄a fragilitas nr̄a
mortalis infirmitas totiẽs cogit obliui
ſci. op̄s dñs noſtrũ ſui gr̄a volẽs ꝓfectũ
per beatũ moiſen nobis cõſulit dicens.
Deutro. xxij. Utinã ſaperẽt et intellige-
rent ac nouiſſima ꝓuiderẽt. Eya frater
mi ecce feliciter poterimꝰ euadere mortꝭ
ꝑiculũ ſi diligẽter ſtudeamꝰ ſequi diui-
nũ cõſiliũ qḋ eſt mortis remediũ ſalutis
antidotũ. petõꝝ ſpeculũ cũ nobis inſinu
at dñs dicẽs. Utinã ſaperẽt et intellige-
rẽt ꝛc̄. O ſalutifera ſaluatoris nr̄i ſnĩa
ex qua nobis datur inſtructio ſapientie.
admonitio ꝯtinentie. ſpeculũ ꝓuidentie.
exaltatio pnĩe. acquiſitio diuine gratie.
Utinã ſaperẽt ꝛc̄. O admiranda boni-
tas nr̄i creatoris. o ineffabilis charitas
noſtri redemptoris. o p̄dicanda benigni
tas nr̄i ſaluatoris. Nos ſerui nequã ſu-
mus. ſerui negligẽtes ſerui inutiles. q̇ no
ſtris exigentibꝫ demeritis morte merui
mus potius q̄ꝫ vitã. Et ecce pius au-
ctor vite. ipe dator venie. ipe largitor grẽ
nos inuitat ad gratiã dicens. Utinã ſa
perent. Quis igitur nõ periturus homo
hec audiẽs. iſta ꝯſiderans nõ vehemẽtiſ-
ſime gratulet̄ et vltra q̄ꝫ fari poſſit exul-
tet in gaudio ſpiritꝰ in vtero eius, ꝙ ipi
omnipotenti deo. ipi regi angelorũ. ipſi
creatori oĩm creaturarũ cura eſt de nobiſ
infirmis et miſeris atqꝫ mortalibꝫ. Cu
ra ergo ꝑmaxima nobis ineſſe debet q̄te
nus in oĩbus et pre oĩbus et ſupra oĩa ſa
cris eius p̄ceptis diligenter obediamus
et ea deuote diligamus et ſtudioſe ea im
pleamus. Alr̄s em̄ ve vobis in ꝑpetuũ.
qm̄ teſte apoſtolo miſerabiliores oĩbus
hoĩbus erimus et deteriores ſi hoc nõ fe
cerimus. Et vere ad exequenda dñi mã
data ocioſi et inanes exiſtimꝰ. niſi in pri-
mis oĩa odio habeamus que ipi dño di
ſplicere cognouimus. et illa fideli corde
diligamus q̄ tremende eius maieſtati
placere credimus. Proinde die noctuqꝫ
exorandus eſt ipe clemens et miſericors
deus vt nobis largiat̄ auxiliũ q̇ ſuũ tam
ſalubre preſtat cõſiliũ dicẽs. Utinã ſa-
perent.

VAlde mira et vtilis eſt ſnĩa iſta
vtinã ſaperent ac intelligerẽt nõ
ſemel tm̄ ſed ſepius rememoran
da. Frater mi chariſſime intellige queſo
que legis. Cõſideratio em̄ huius ſentẽ-
tie. deſtructio eſt ſuperbie. extinctio inui
die. medela malitie. effugatio luxurie. eua
cuatio vanitatis et iactantie. cõſtructio
diſcipline. ꝑfectio ſanctimonie p̄paratio
ſalutis eterne. Ait em̄. vtinã ſaperent.
Heu heu q̄ꝫ paucorꝝ eſt iſta virtus. pau
ci ſunt qui ſalubrẽ hanc noſtri ſaluatoris
ſententiã ſapiant. pauci ſunt quibus eſt
ante oculos ꝓprie fragilitatis cognitio.
corruptibilis carnis corruptio peccatorꝝ
recordatio. inſtantis mortis meditatio.
ardentis gehenne cõſideratio. Ecce q̄ꝫ
vtile ſpeculũ peccatori. Reuera amantiſ-
ſime frater ſi te ſepius in hmõi ſpeculo ꝑ
ſpexeris abſqꝫ dubio ſamſone fortior. da
uid cautior. ſalomone ſapiẽtior eris. Il-
li autẽ in hoc ſpeculo ꝯtemplari ſe negle
xerũt, ideo carnis ſue deſiderijs cecati cor
ruerunt. Igitur ſi tanti viri tã horribilẽ
lapſi ſunt in culpã. quibus tanta fuit ſa-
pientia et fortitudo. quãta cautela. quã-
toqꝫ ſtudio nobis eſt vigilandũ q̇bus eſt
tanta debilitas tãtaqꝫ imperitia. Porro
tres viri iſti validi ideo legunt̄ in eccle-
ſia ſancta. vt ſint fidelibꝫ nõ ad exemplũ
ruine ſed ad ſpeculũ cautele. quatenꝰ nẽo
noſtrũ in ſua cõfidat fortitudine. nullus
p̄ſumat de ſua ſapiẽtia. imo ſemꝑ timi-
di. ſꝑ reatus noſtri cõſcij ſemꝑ de noſtra
ſalute ſimus ſolliciti nũqꝫ corruptõis et
noſtre mortalitatis obliti. Qui vero hu-
iuſmodi verba negligenter attendũt nõ
ſapiũt. nõ intelligũt nec noiſſima p̄uidẽt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et ſic in mortē et damnationē vadunt:
Ut igit mens noſtra circa ꝓuidētie ſtu
dium euigilet. dñica nos hortat ſapien-
tia dicēs. Utinā ſaperēt et intelligerent.
Hāc ammonitionē ſalutiferā oculo cō-
ſiderationis ꝯſideres chariſſime non in
tranſitu immo cū ſtudio et deliberatiōe
ſepiſſime reuoluēdo. q: ſicut thus nō re
dolet niſi ponat ī igne. ita nulle ſacre ſcri-
pture ſapit ſentētia niſi cocta ſit in corde
Ideo intellige hec verba et eorū ſenten-
tiā in corde tuo imprime.

## ¶ Tria tibi proponuntur

Utinā ſaperent et intelligerēt ꝛc.
Ecce frater chariſſime tria tibi
in hoc verſu ꝓponunt ſcz. ſciētia
intelligētia et prudentia. Uult ergo dñs
vt ſcias et intelligas inſuper et ꝓuideas.
¶ Uult vt ſcias. vitā p̄ſentē fugitiuā
eſſe breuē et piculoſam. miſerijs tabeſcē-
tem. vniuerſe vanitati ſubiectā. peccato-
rum ſordib ͻpollutā. cupiditate corruptā
in breue perituram. quatenus q̄to infeli-
cior mūdus iſte eſſe cōſpicitur: tāto faci
lius ꝑ amore celeſtis patrie cōtemnat.
¶ Uult itaq̄ dñs vt fragilē tuā cōdi-
tionē intelligas. ſic meditando vicz q̄ nu
dus eſt egreſſus de vtero matris tue: nu
dus reuerteris illuc. q: terra es et in ter-
ram ibis. In huius vite miſeriā nudus
intraſti. lugens dies tuos in dolore et e-
rumna ꝑtranſiſti. et cum luctu et dolore
hinc exiturus es. Intelligis ergo q̄tum
ſit ingreſſus tuus flebilis. ꝓgreſſus tu-
us debilis. et egreſſus horribilis. Intel
ligis igit quantū ſis in hac valle miſerie
exul et egrotus. virtutib ͻ paup et mēdi-
cus labilis et infirmus ac in ꝓximo mo
ritur. Frater: felix eris ſi hmōi admoni
tionē intelligas et in corde tuo quaſi in
libro ſcribas. et hanc vnā quā tibi trado
regulā ſeruare ſtudeas. Uiue deo grat
toti mūdo tumulatus. Crimine munda
nus ſemꝑ tranſire paratus. O q̄ bonus
vir cuius aīa circa hmōi ſtudia euigilat
q̄ prudenter ſapit et intelligit ac nouiſſi
ma ꝓuidet. Chariſſime ergo et tu fac ſi
militer. legiſti iā in hoc ſpeculo peccato-
ris q̄d ſane ſapias q̄d intelligas reſtat vt
nouiſſima ꝓuideas. Ora ergo et dic cū
ꝓpheta. Notū fac mihi dñe finē meū et
numerū dierū meorū q̄s eſt: vt ſciam q̄d
deſit mihi. O vtilis oratio o felix ꝯtem-
platio o neceſſaria poſtulatio. Nō plane
tp̄a vel momenta q̄ pater poſuit in ſua
poteſtate p̄ſcire depoſcas. ſed q̄ ſis adue
na et ꝑegrinus in huius erumnoſe pere-
grinationis exilio. homo infimus et exi-
gui tp̄is ſuꝑ terrā. Intelligas ergo ꝛ co-
gnoſcas vtinā ſaperēt et intelligerēt. id ē
peccata p̄terita q̄ ſint amara. Un̄ Je-
re. Uide q̄ amarū et malū eſt te dereli-
quiſſe deū tuū. malū eſt in culpa. amarū
eſt in pena. Et intelligerent ſcz p̄ntia q̄
ſint vana. Eccl̄s. i. Uanitas vanitatū
ſuꝑ oīa vanitas. Et nouiſſima ꝓuiderēt
ſcz eternitatē glorie q̄tum ad bonos. et
mortis q̄tū ad malos. vt ſibi ꝓuiderent
ſterilitatē futurā ſicut Joſeph Gen̄. Et
Eccl̄i. vij. In oībus operib ͻ tuis mēora
re nouiſſima tua et in eternū non pecca-
bis. i. vix peccabis. Reuera frater chariſ
ſime ſi breuitatē p̄ntis vite attēdas. q̄d
tibi deeſt in agēda deo cōdigna pnīa. in
diſciplina p̄ceptoꝝ ei ͦ obſeruātia. in ſan-
ctitate corā ſpa ꝑficienda. ſaperes ꝛ intel
ligeres et mortē tuā ante oculos ꝑſpice
res. mox ꝓculdubio ſine mora ſpretis pō
pis. poſtpoſitis mūdi curis. deſpectiſ car
nis illecebris, ꝓiectis voluptatibus. con-
temptis delitijs intima cuſtodia vigila
res ac nouiſſima prudenter prouideres.
Sapiētis em̄ eſt nō tā cuiuſlibet rei p̄n
cipiū ꝑſpicere. q̄z finē exitū q̄ prouidere.
Deniq̄ felix eē ꝓbat q̄ ſic cogitat de ſup
plicio an̄ ſuppliciū vt poſtmodū ſuppli-
cij effugiat ꝑiculū.

## ¶ Que ſunt nouiſſima hois

d

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vicis ergo mihi. Paratus ſum
p̄re oībus acquieſcere diuino cō-
ſilio vt ſapiā ꝛ intelligā ac nouiſ-
ſima ꝓuideā. Sed q̄ ſunt mea nouiſſi-
ma. Illa vtiq̧ de q̄bus tibi ſp̄ū ſſanctus
p ſalomonē loquit̄ dicēs Eccli. vij. vt ſu-
perius iā dictū eſt. In oibus opib' tuis
memorare nouiſſima tua ꝛc̄. Non pote-
rit meli' caro luxurioſa domari q̄ꝫ q̄lis
erit mortua ſp̄ p̄meditari. Et ſi talē me-
ditationē habueris felicē te dicēt oēs ge-
nerat̄ōnes. Meditatio eñ nō eſt aliud
niſi mētis ditatio. Peroptime mēs tua
ditat̄ q̄ñ ꝯtra cūcta aduerſantia ꝓuiden-
tie ſcia illuſtrat̄. Legit̄ in poetria q̧ cen-
tū luminib' cinctū caput argus habebat
Qđ ita p̄t intelligi. q2 ex oī ſue p̄te intra
mentis ſue circūſpectionē prudentiā poſ-
ſidebat. Ideo ſi tante ſtudio cautele pol-
lebat poeta pagan' multo fortius ꝓuidē-
tiorē oculū debet h̄re clericus chriſtian'.
Eſto ergo alter argus. imo illo cautior.
illo ſtudioſior. illo prudētior. vt ſapias et
intelligas ꝛ nouiſſima tua prudēter ꝓui-
deas Hec eñ ſunt nouiſſima q̄ ꝓuidere
ſūma totius prudentie eſt. vicȝ illa hora
terribilis in qua miſera aīa tua ex hoc
corpuſculo corruptibili timēs eſt egreſſu-
ra. Frater crede mihi tu q̄ legis hec. Ad
hmōi eñ rei tremendā ꝯſiderationē ma-
luiſſe debueras ꝓuidentiā poſſidere: q̄ꝫ
totius mūdi dn̄ationē. Utinā ergo ſa-
peres q̄ dei ſunt: et intelligeres q̄ mundi
ſunt. et ꝓuideres q̄ inferni ſunt. profecto
deū timeres. ſupna appeteres. et infernū
horreres. In illa nimis metuēda extre-
ma hora tua. q̄s amicoꝝ. q̄s parentū tuo-
rū veniēs cū gladijs et armis poterit au-
xiliū ferre. Nō erit tūc q̄ ꝯſolet̄ te ex oib'
charis tuis. Reſpiciens eris ad auxiliū
hominū. ſed refugiū tuum tm̄ erit apud
deum.

## Conſideratio ſue corruptionis.

Cogites igit̄ tecū chariſſime ſe-
pius quo timore timēd'. q̄ amo-
re diligēdus. q̄ honore veneran-
dus eſt ipe dn̄s ieſus xp̄s de' noſter qui
ſalutis p̄ſidiū ſolus p̄ſtare p̄t poſt mortē
Reduc ergo dilectiſſime ſepi' ad memo-
riā illū extremū exitus tui diē ꝛ anteq̄ꝫ
miſera aīa tua de carcere carnis exeat ꝓ-
uideas q̄ vadat. Iſtiuſmodi cōſideratio
cōtritionē ꝯcipit. cōtritio ꝯpunctionē pa-
rit. cōpunctio ꝯtemplationē ſcȝ piū ꝛ hūi-
lē affectū in deū. Piū ſcȝ ex cōfidentia ad-
iutorij bonitatis diuine ꝛ clemētie. Hu-
milē ex ꝯſideratōe ꝓprie fragilitatis ꝛ mi-
ſerie. Hic lector rogo diligenter attende.
Quidē eñ eſt in oī ſcia qđ hoīez ꝓuocet
facilius ad ſui cuſtodiā et omnē iniuſti-
ciā expellendā. ad ſanctitatē in tiore dei
ꝑficiendā q̄ꝫ ſue corruptōis cōſideratio:
ſue mortalitatꝫ certa cognitio. poſtremo
tremēde mortis ꝯſideratio. Et hō fit nō
hō hoc eſt q̄ñ egroteſcit. egritādo egritu-
do creſcit. peccator expaueſcit. cor cōtre-
miſcit. caput conturbeſcit. ſenſus euane-
ſcit. virtus exareſcit. vultus expalleſcit. fa-
cies nigreſcit. oculus tenebreſcit. auris
ſurdeſcit. naris putreſcit. lingua fateſcit.
os obmuteſcit. corpus tabeſcit. caro mar-
ceſcit. Tūc carnis pulcritudo fetor effici-
tur ꝛ putredo. tūc homo reſoluit̄ in cine-
rē ꝛ vertit̄ in vermē. Ecce frater mi cha-
riſſime ecce ſatis horribile ſpectaculū ſed
nimis vtile ſpeculū. qm̄ nulla ars medi-
cine nullaq̧ doctrina ſic ſupat ſuperbiā
nec ſic vincit malitiā. nec ſic extinguit li-
bidinē. nec ſic mūdi calcat vanitatē ſicut
hmōi mortis recordatio. Ergo vtinā ſa-
perēt et intelli. ac nouiſſima ꝓuiderent.
Et q̄d huic mūdo vileſcit tūc ſicut hō cu-
ius corpus cū ſit exanime nō ꝑmittitur
eſſe in domo ꝑ triduū p̄ fetore. ſed vt vi-
le ſterc' foris ꝓijcit̄ ꝛ in ꝓfundo terre ab-
ſcondit̄. putredini tradit̄. vermibus eſca
dat̄ et cadauer efficit̄. Erubeſcat ergo ſu-
perb' et infelix peccator. timeat elatione
cecatus. ira inflatus impatientie vicio

infect⁹.ſcia inflatus: cui plus placet ars
ariſtotelis ꝙ̄ ſciētia de ap̄lis. plus codex
platonis ꝙ̄ codex diuine lectōnis. Quē
nulla lectio letificat. nulla ſcia edificat.
nullus ſermo ſapit niſi fuerit grāmatice
cōfectus dialectice imaginatus rethori
ce purpuratus. Stultus es q̄ hec igno-
ras et erras. qm̄ qui talia agunt et in ta-
libus dies ſuos ↄſumūt. peccatū ſibi ge
nerāt et mortē parāt. qm̄ ex ſili ſtudio ſi-
milē ſcientiā ↄcipiūt. im̄mo et folia colli-
gūt. nō fruct⁹. i. verba nō virtutes. Ver-
ba em̄ iuuentū ꝓferūt. et aerē verbis ver
berāt. verboſitatē ſonāt iactantiā oſten-
tant. De quib⁹ ꝑ p̄s. dicit. Turbati ſūt
et moti ſunt ſicut ebrius et oīs ſapiētia
eoꝝ deuorata eſt. Sicut em̄ ebrius ho-
mo neſcit q̄d agat aut quo vadat eo ꝙ ſe
ip̄m ignorat. ita inſipiētes clerici ſecula-
res in habendo huius mūdi ſcientiā. ſe
cōturbant libros deuorāt ſentētias mul
tiplicāt. ſed q̄d agāt penitus ignorāt. qꝛ
ad quē finē tendāt miſeri nō attendūt.
O vtinā tales ſaperēt et intelligerēt ꝛc̄.
Si em̄ vite ſue breuitatē ꝑpendiſſent. ſi
dāna dierū ſuoꝝ an̄ oculos ↄuertiſſent.
ſi quō tremēdo iudicio nō tm̄ ex mortuis
eoꝝ opibus ſed de oī verbo ocioſo ꝙ̄ di-
ſtricti ſunt reſpōſuri ꝑuidiſſent. mox ti-
more ꝑterriti. mox diuino amore ꝑculſi.
vana huius vite ſtudia riliquiſſent. De
ſtudio vanitatis veniſſent ad ſtudiū ve-
ritatis. de ſtudio ſtultitie ad ſtudiū ſapiē
tie. Hoc eſt de ſtudio curioſitatis ad ſtu
diū ſancte hūilitatis. de ſcola luxurie et
prauitatis ad ſcolā mūditie ꝛ ſanctitat̄
ſeu caſtitatis. de vita iniq̄tatis ad vitam
ſanctitatis. hoc eſt. de vita fornicatōnis
ad vitā beate religionis. i. de domo con
uerſatōis mūdane ad domū ſancte diſci
pline. Vn̄ ipe ſpūſſanctus ꝑ ꝓphetā pec
catorib⁹ ꝑcipit dicēs in pſalmo. Appre-
hendite diſciplinā ne qn̄ iraſcat̄ dn̄s ꝛ pe
reatis de via iuſta. O ꝙ̄ terribilis ſnīa
et nimis metuēda his q̄ diſciplinā nō ap

prehendūt. qꝛ ex hac ſpūſſancti ſnīa pa-
tet qm̄ peribūt. Hinc eſt q̄ð dn̄s ꝑ moi
ſen ait. Oīs aīa q̄ nō fuerit afflicta die
hac ꝑibit de populo meo. Notanda ſūt
attentius verba iſta. Aīa inq̄t ꝑibit que
nō fuerit afflicta ſubaudi ꝑ diſciplinā ꝑ
morū correctionē. ꝑ pnīe ſatiſfactionē. ꝑ
cordis ↄtritionē. ꝑ ↄſciētie purificationē
Et dicebat die hac. i. in p̄nti tp̄e grē. in
die huius vite. quoniā qui non ſuſcipit
modo tēp⁹ penitētie poſt mortē nō inue-
niet locū indulgētie. Quapropter time
tu peccator. tu caro ſuperba tu vile cada
uer. quē adhuc viuentē vermes ſepe cor-
rodunt que de tuo et in tuo corruptibili
corpuſculo generantur. Cōtremiſce ſu-
perbiā. proijce vanitatē. fuge luxuriā. ap-
prehende diſciplinā ne pereas. Vide in
hoc ſpeculo quid es. quid fuiſti. et quid
eris. Cuius cōceptio tabes menſtruoſa
origo lutū putredo finis. Vtinā ergo ſa-
perent et intelligerēt ꝛc̄.

## De egreſſu miſerabili anime tue.

Iterū frater chariſſime te cōue-
nio vt quicq̄d agant alij ſis me-
mor ipe tui. Vileſcat tibi mun-
dus plus ꝙ̄ tu mundo. Huius igitur
tante calamitatis miſeriā ↄſidera atten
tius ꝛ cum propheta ingemiſcens dicito
Iniquitatē meā annunciabo et cogita-
bo pro peccato meo. Quoniā ego in fla
gella paratus ſum: et dolor meus in con
ſpectu meo ſemper. Et iterū dic cū apo-
ſtolo qui flebilem humane conditionis
ſtatum deplorās dicit. Infelix ego ho-
mo quis me liberabit de corpore mortis
huius. Hec ſalutifera apoſtoli ſententia
prudentē lectorē exigit. Adhuc apoſto-
lus veniebat in corpore quod tm̄ mortu-
um nominabat. quia qui ſapiens eſt iā
mortem ante oculos conſiderat. Jam
ſe mortuum reputat cum ſe moriturum

pro certo ſciat. Attende ergo in illa terri-
bili hora de qua loquor miſera peccato-
ris aīa. qn̄ de mūdo exitura es. aderunt
mox miniſtri maligni illi ſcʒ demones
maledicti. illi viri tartarei. illi ſpūs horri
biles ⁊ peſſimi velut leones rugiētes vt
rapiāt p̄dā. ſcʒ tuā peccatricē animā mi
ſerā. Tūc ſubito patebūt horribilia loca
penarū chaos et caligo tenebrarū. horror
miſerie et tribulationū. tremor et timor
anguſtie ⁊ cōfuſionis. dolor horrēde vi-
ſionis tremor tremēde māſionis. vbi lo-
cus flentiū. vbi ſtridor dentiū. vbi mor-
ſus vermiū. vbi clamor dolentiū. vbi lu
ctus gemētiū. vbi vox clamantiū pecca
torū ⁊ dicētiū. Ve ve ve nobis filijs eue
Cū hec et his ſilia imo milleſies plus
q̄ʒ dici poſſit peiora. de corpe egreſſura
miſera aīa viderit ⁊ ſenſerit. qualis quā-
tuſq̄ʒ q̄ʒ magnus terror et tior ac tremor
erit i ea. q̄ lingua p̄t dicere. q̄s liber expo
nere. Quid tūc pderit ſcīe iactātia. ſecu
li pōpa. mūdi vanitas. terrene dignita-
tis cupiditas. Nūq̄d poterūt luxurie ap
petitus: cibus exquiſitus. pot⁹ delicatus
veſtis curioſitas. calciamēti ſpecioſitas.
carnis mollicies. vētris ingluuies. cibo-
rū ſupfluitas. crapularū ebrietas. domo
rū ꝯſtructio. p̄bendarū acq̄ſitio. diuitiaꝝ
multiplicatio. nūq̄d illa oīa poterūt mi-
ſerā aīaʒ hoīs eripe de ore horrēdi ac hor
ribilis leonis et de maledicta fauce dra-
conis.

Hanc vtinā lectionē legat aliq̄s. ſa-
piat et ſane intelligat ⁊ in corde ſuo
retineat īplicatus peccatis. amore mun
di et carnis inebriat⁹ et cecatus. cui plus
placet luxurioſi cadaueris. venenoſa vo-
luptas q̄ʒ aīe ſue ſanitas. q̄ plus ſtudet
circa marcā q̄ʒ circa marcū. cui plus eſt
de mundo q̄ʒ de xp̄o. cui plus eſt de lege
bouina q̄ʒ de lege diuina: Legat igit̄ le
ctionē iſtā inſipiēs ille q̄ hmōi eſt et ſpe
culet̄ in hoc ſpeculo peccator ſpeciē ſuā.
Cōſideret diligēter vn̄ venerit. q̄d ſit. et
quo vadat. Perpendat ex p̄miſſis p q uā

ſemitā metuendā. p q̄d iter tenebroſum
p quorū horrēdas manus miſera ei⁹ aīa
tranſitura eſt. O ſtulte peccator q̄m iſta
cōſiderare neſcis. q̄z iſta preuidere negli
gis. ideo ſepius inuadit te ſupbia. exagi
tat ira. excruciat malicia. vulnerat inui-
dia.. inflāmat luxuria. fatigat accidia. li
gat auaricia. q̄m horrēda tibi imminen-
tia tormēta nō reſpicis. Jccirco ꝯtumax
iniurioſus obſtinat⁹ ſepe efficeris piger
et accidioſus. Ad opus diuinū negligē-
ter accedis ⁊ deſidioſe agis Quare: q̄z
nō vis p̄uidere q̄ vadis. Utinā ergo ſa-
peres ⁊ intelligeres. Tremend⁹ eſt illi⁹
aſpectus vt dicit Leo papa. cui peruiū
eſt omē ſolidū. aptū omē ſecretū. cui ob-
ſcura clarēt cui muta rn̄dent. ſilentiū ꝯfi-
tetur. et mēs ſine voce loquit̄. Si ille ſer
pens venenoſus diabol⁹ auſus fuit im-
petū facere i aīaʒ ſanctiſſimā. beatiſſimi
martini. q̄ erat gēma ſacerdotū. quā feli-
cē animā p̄ntibus angelis euntē in celū
curabāt impedire. quō timendū eſt tibi
pctōri ⁊ tremēter p̄meditandū. q̄ʒ horri-
biliter occurret miſere aīe tue ille doli arti
fex. ille fili⁹ iniq̄tatis. ille aīaꝝ hoſtis a-
mariſſimus. Eya frater chariſſime p̄co-
gita et nūq̄ʒ a tuo corde recedat q̄ʒ tū il-
la beatiſſima virgo maria ppetua mater
dn̄i nr̄i ieſu xpi aīe ſue puidebat. q̄ (vt le-
gimus) filiū ſuū ſpecialiter exorauit. vt
maligni ſpūs in ei⁹ trāſitu nō adeſſent.
O ſi tāta et tā ſancta deo chara imo cha
riſſima aīa viſioneʒ nephandoꝝ ſpirituū
formidabat. q̄d faciet aīa peccatrix. quō
poterit ſtare an̄ horrendū aſpectū tremē-
di vultus eius ad intolerabilē fetorē oris
eius. ad flāmas ſulphureas oculoꝝ eius
Certus eſto ꝙ timor huius horrēde be-
ſtie omē gen⁹ tormētoꝝ ſupat pluſq̄ʒ in
hoc mūdo excogitari q̄at Vn̄ ꝓpheta pa
uidus expaueſcēs ad orationē ꝯfugit di-
cens. Exaudi deus orationē meā cū de-
p̄cor a timore inimici eripe animā meaʒ:
Nō dixit a poteſtate: ſed a timore. quare.
Ad inſinuandū q̄ʒ maxima ſit pena q̄ʒ

horribilis ⁊ intolerabilis ſit timor ipſius
inimici. Mira res. attēde q̄d orauit. A
timore inquit inimici eripe aīam meā.
Heu heu frater mi ſi talis ac tantus eſt
tremor aīe peccatrici ex ſolo ſathane viſu.
quāta cōfuſio quantus horror. quāta af
flictio. quātaue lamētatio erit ei⁹ tactus
O ſtulti filij hominū et vani. vt q̄d dili/
gitis vanitatē et q̄ritis mendaciū. Qui
eni̅ diligit iniquitatē odit animā ſuā. et
odibiles ſunt deo impius et ipietas ei⁹
Altiſſimus eni̅ odio habet peccatores et
miſertus eſt penitentib⁹. Quare tā hor/
rendā tā q̄ꝫ horribilē nō circūſpicitis mi
ſeriā. Quare nō ꝓijcitis ſuperbiā. quare
nō extinguitis auariciā. quare nō ꝯtēni/
tis luxuriā. quare mores veſtros nō cor
rigitis. Quare mandatū dei ſalutiferū/
q̄ꝫ eius ꝯſiliū negligēter auditis. Qua/
re nō ſapitis et intelligitis ac nouiſſima
prouideris. Hinc eſt ꝙ nos peccatores
terribiliter alloquitur dicēs ꝑ Salomo
nē. Ego inquit in interitu veſtro ridebo
et ſubſannabo cū vobis q̄d timebatꝫ ad
uenerit. O q̄ꝫ metuēda eſt hec dñica ſen
tentia. vtinā lector ſaperet in palato cor/
dis quantū cōtineat amaritudinis. q̄ꝫ/
tumue formidinis. quia reuera ſi ſciret
oī hora vitā ſuā cauti⁹ cuſtodiret. Sed
dices forſitan ꝙ deriſio et ſubſannatio
nō cadunt in ipm oīpotentē deū. nec ei⁹
reuerentia ſanctiſſima q̄ꝫ ſimplex natura
huiuſmodi paſſiones ſiue yronias non
admittit. Attende qui interrogas. quō
dura tibi ſentētia debeat exponi. Ego
inq̄t i interitu veſtro ridebo .i. cū finis vr̄
aduenerit vos deriſiōe dignos clamabo
et cū irruerit ſup vos repentina calami/
tas ſubſannabo .i. cū amara mors vos
momorderit eterna ſubſannatione di/
gnos damnabo.

AUdi tu peccator terribilē ſenten
tiā quā ſi intelligeres ſine dubio
expaueſceres. Sed ſcripturas ſa
cras negligenter legis. actus vite tue et
mala que facis peccata q̄ cōmittis fa/
cta dicta et opera tua mala nō ſapienter
reſpicis. Velox ad menſaꝫ: tardus ad ec
cleſiā. potēs ad prandiū ſed eger ad pſal
lendū. Peruigil ad fabulas: ſed ſomnolē
tus ad vigilias. parat⁹ ad loquendū ſed
tardus et mutus ad pſallendū. ꝓmptus
ad irā et detractionē: piger vero ad ora/
tionē. Inuidie amator. pauperū ꝑſecu/
tor. feſtucā in alieno oculo reſpiciens: ſed
trabē in ꝓprio oculo nō videns. aliorū fa/
cta cōdēnans ſed tua nō cōſiderans: cete
ros reprehendis teipm nō corrigis. alios
vituperas et te collaudas. ſicut meretrix
ſeipaꝫ mentiēs eſſe formoſam cū ſit feti
da capre ꝯparabilis ac oībus vicijs ple/
na. Malitie inuentor. diſcipline deſtru
ctor. amicus viciorū. et inimicus virtutū
Hec ſunt que hominē excecant et a deo
ipm ſeparāt. Hec ſunt que monachū fa
ciunt demoniacū. cōuerſum faciūt puer
ſum. clericū hereticū. chriſtianū antichri
ſtum. Qui eni̅ chriſtianus nō eſt anti/
chriſtus eſt. Non eſt chriſtianus q̄ mo/
ribus et vita chriſto eſt cōtrarius. Heu
heu vir inſipiēs nō cognoſcit et ſtultus
nō intelligit hec. Et ideo ſicut dicit idē
ꝓpheta ſimul inſipiens et ſtultus ꝑibūt.
Sed que diſtinctio eſt inter inſipientē
et ſtultū. Omnis inſipiens eſt ſtultus.
Inſipiēs dicit̄ quaſi nō ſapiens. Mul
ti eni̅ viuunt qui ſapientes nō ſunt. et tn̄
ſtulti nō ſunt. Multi iuſti ſunt et mul/
ti iuſti nō ſunt ⁊ tn̄ iniqui nō ſunt. Vis
noſſe quis ſit ſapiens et q̄s ſit ſtultus.
Inſipiēs eſt q̄ ſe a paradiſi gaudijs pere
grinū nō cōſiderat: q̄ ſe exulē in hoc exilio
nō attendit. Stultus aūt qui licet credi
derit: tn̄ vt mortē ꝑpetuā euadat ⁊ gloriā
eternā caſte viuēdo: pieq̄ꝫ cōuerſando ac
quirat nō intendit. Iuſto ergo dei iudi/
cio ſimul inſipiens et ſtultus peribunt:
q̄d tn̄ nō fieret ſi ſaperēt et intelligerēt ac
nouiſſima ꝓuiderent. Ecce frater mi iā
legiſti iam vidiſti in hoc ſpeculo peccato
ris quid ſapias: quid intelligas: que no/
uiſſima prouideas. Supereſt igitur vt

dilig̃ẽter diſcas et in corde firmes. vt ſa/
ne ſapias et recte intelligas ⁊ vt nouiſſi/
ma tua prudẽter ꝓuideas. vt ꝑ hec eter/
nam damnationẽ euadas et cum dño ie
ſu chriſto vitã eternã poſſideas. Quod
tibi concedat ille qui eſt in ſecula de⁹ be
nedictus. Amen.

Explicit ſpeculũ peccatoris.

Utinã ſaperẽt et intelligerẽt et ꝓuide/
rent. Tria pterita. Tpis amiſſionẽ. bo
norũ omiſſionẽ maloꝝ ↄmiſſionẽ. Tria
preſentia. ſcꝫ tẽporis breuitatẽ. ſaluãdi
difficultatẽ. ſaluãdorũ paucitatẽ. Tria
futura. mortẽ horribilẽ. iudiciũ terribile.
eternũ ſupplicium.

Quid ſis q̇d fuerꝫ q̇d eris ſꝑ mediteris.
Sic min⁹ atqꝫ minus pctis ſubijcieris:
Diſce nũqꝫ ocioſus riſuꝫ viſum domita
Seſus mẽbra cogitat⁹ regiſtra freq̃nt⁹
Moribꝰ inſiſte vicijs orando reſiſte.

## Speculum beati Ber/ nardi abbatis Clareual lcñ. hoc eſt velut vnctio nardi.

Si quis emendatioris vite de
ſiderio tactus. cogitationũ lo/
cutionũ operũqꝫ ſuoꝝ ſollicit⁹
explorator. vniuerſos exceſ/
ſus ſuos corrigere nitit̃ in pñtis pagine
frequẽti lectõe ⁊ aſſidua meditatõe tãqꝫ
in ſpeculo interioris hoĩs ſui faciẽ iugi/
ter ↄtẽplet̃. mores ſuos cõponere ſtude/
at. vt q̃tidiani ꝓfectus incremẽti vageta
tus de virtute in virtutẽ mereat̃ cõſcen/
dere. In primis ergo ex q̃ ſurgit̃ ad vigi
lias. vite ſue tps debet monachus ꝑ ſin/
gula momenta cõputare. et videre vt ſꝑ
bonũ faciat et malũ caueat. In oĩni tpe
ſuo ſꝑ dicat ſibi. Si moritur⁹ eſſes face
res iſtud. Cũ pſallit̃ ad vigilias ⁊ horas
ſꝑ cor ad pſalmoꝝ ſenſuꝫ habeat. niſi ad
aliq̇d ſublimius rapiat̃. Sed et oĩm que
ibi dicunt̃ vſqꝫ ad vnã litterã ſe ꝓ certo
nouerit debitorẽ. vel dicẽdi in choro ſuo
vel audiẽdi in alio. Ad interualla debet
ſe dare ad orationẽ: vel neceſſitati ꝓuidere
ita tñ vt vadẽs vel rediẽs ſꝑ ſibi dici no/
uerit. Surſum corda. Non eſt aũt ſpiri/
tualis ꝓpoſiti detrimentũ ſi corpis infir/
mitas cogit priſtinũ rigorẽ aliquantulũ
relaxare. Tpe lectõnis orare poterit. et ſi
ad legendũ acceſſerit nõ q̃rat ſcientiã ſed
saporẽ. Eſt eñi ſacra ſcriptura puteus ia
cob. ex quo hauriunt̃ aque q̃ in orõe fun/
duntur. Nec oraturus ad oratoriũ ſꝑ eſt
eundũ. ſed in ipa lectione ↄtẽplari pote/
rit ⁊ orare. Sacris altaribus ſi ſacerdos
eſt tãqꝫ ex ſummis angelis in ſpũ totus
aſſiſtat ſi miniſter tãqꝫ dño angel⁹ mini
ſtret. Cũ alijs exeat ad laborẽ. vbi ↄſide
rare debet nõ q̇d agat ſed ꝓpter q̇d vene/
rit. Ceſſante manu ſpiritus laboret. vel
orando vel meditãdo. q̃zuis in labore id
ipm facere teneat̃. Ad menſam nõ ſoluꝫ
fauces ſumãt cibũ: ſed etiã aures eſuriãt
dei verbũ. Nõ eñi totus debet mãduca
re. ſed ſic occupet̃ cor ad verbũ dei. vt ſolũ
fauces ſumãt cibũ carnis. De hoc autẽ
plurimũ gaudeat ſi ſibi viliora q̃ꝫ alijs
apponunt̃. Naꝫ reuera feliciores ſunt q̇
in parcitate ſuſtinẽda fuerint aĩo fortio/
res. Poſt menſem in gratijs exoluendis
pro duobus ſe nouerit ſupplicandũ: pro
peccatis eorũ quorũ elemoſynis ſuſtenta
tur. et forſitan ne corpori ſuo ſuꝑ neceſſi/
tatẽ indulſerit. Si vocatur ad colloquiũ
ſm regulã. leniter et ſine riſu verba pau/
ca et rationabilia loquat̃: et anteq̃ꝫ ea ꝓ/
ferat. bis ad limã veniãt q̃ꝫ ſemel ad lin/
guã. Si cũ ſecularibus eſt loquendũ tũc
maxime adhibeat cuſtodiã ori ſuo vt ni/
hil omĩno dicat q̇d nõ edificet audientẽ.
Sic igit̃ in cunctis ſe habeat. vt nemo
dubitet qui eũ viderit quin vere ſit mo/
nachus. Poſt cõpletoriũ ſingulis diebꝰ
capitulũ ſibi teneat. et cõuocatis cogita/
tionibus ſuis ponat cum eis rationẽ. di/
ligenter cõſiderans quid ipo die cogita/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione locutione et opere deliquerit publi
ce vel priuatim. Et per ſingulas noctes
lectū ſuū lauans. hoc eſt ſingulis pecca-
tis lachrymis ⁊ dolore purificatis diligē
ter de ſingulis cōputet. in craſtino publi
ce de apertis. de occultis vero in ſecreto
facturus cōfeſſionē. Ut aūt cōfeſſio pfe
cta ſit tria debet habere. ſcʒ. Ut ſit volū
taria. nuda. et munda. Uoluntaria. i. p-
pria deliberatione et ꝓpoſito. Nuda: vt
nude peccatū ſuū ꝓut geſſit cōfiteatur.
Munda ne peccatū ſuū p̄dicet ſicut zo-
doma ⁊ gomorra. ſed pura et ſimplice in
tentione ſe accuſet et in nullo peccatum
ſuū defendat. In capitulo q̄ publice offē
dit manifeſte reuelet: et tāq̄ʒ aſſiſtēs iu-
dici in oībus ſe ibi habeat loquatur vel
reſpōdeat vel ꝓclamet. Clamor eius in-
terius et exterius oleo charitatis ſit pun-
ctus. Non ſit cupidus ⁊ ambitioſus. In
oībus fugiat ſingularitatis et āmiratio
nis notam. Nil loquatur vel dicat vnde
multū religioſus vel eruditus velit puta
ri. Ad interrogata paucis reſpōdeat ver
bis. Si de ſcriptura ſi de moribus aga
tur. aurē paret nō linguā. Cū loquit̄ nō
ſtudeat eloquentie: ſed ſermo eius ruſti-
canus ſit potius q̄ꝫ vrbanus. In omni
bus agendis nō ſtudeat curialis videri.
Salua honeſtate fugiat oēs homīes in
poteſtate poſitos maxime ſeculares. Se
cetur cōīa nec preferat priuata cōmuni-
bus. Cōmunes labores lectiones ⁊ ob
ſeruantias diligenter et hūiliter obſeruet
et nō ſit ſicut vitula effraim docta diligē-
re trituraā. id eſt ad hmōi nō cōſuetudine
ſed deuotōe trahat. Orationes que im-
perantur primo loco diligenter exoluat,
nō ſibi blandiatur de priuatis orationi-
bus. que in ſecundo loco ei abunde ſint.
cum in preceptis orationibꝫ deſidioſus
fuerit et negligens. Si autē familiaritas
interdicitur. multomagis mulierū. Sit
facies cōmunis cū ceterꝭ intus vero diſ
ſimilis. hoc eſt nō nimia grauitate ꝯtra
cta: nec leuitate diſſoluta. ſed quadā me-
diocritate bona regatur. ſicut de ſancto
Martino legitur. Faciē eius nō fuſca-
uit meror nec lenigauit riſus. Erit pru-
dentis aīe theſaurū ſuū ſollicite conſer-
uantis more moiſi cornutā velare faciē
quodā riſu qui tn̄ modeſtus ſit interio-
rem gloriā et mentis grauitatē abſcon-
dere. Cōparanda eſt dies inſtans diei p̄-
terite: vt ex eorū collatione et cōparatiōe
ſuū deprehendere poſſit monachus pro-
fectū vel defectū. In omni actu et cogi-
tatu ſuo ſibi deum adeſſe memoretur. et
omne tempus in quo de deo nō cogitat
ſe cōputet perdidiſſe. Sit monachꝰ qua-
ſi melchiſedech ſine patre. ſine matre ſine
genealogia: nec patrē ſibi vocet ſup terrā
Jmo vere ſic eſtimet: quaſi ipē ſolus ſit
et deus. Tedio vel languore affectus cō
ponat ſe meditando ſuper petrā de qua
lauantur mortui et cogitet apud ſe quo-
modo tractentur vſu ſepeliendi. nunc in
tergū. nunc in faciē verſantur. quō nu-
tet caput cadent brachia. rigeant crura:
quomodo cōſuantur includantur et iace
ant. quomodo deferantur humandi in ſe
pulcro. quomodo puluere cōtegantur et
ſempiterne traditioni tradātur. Et quia
certū eſt qđ morieris et neſcis quomodo
et quando. et quoniā vbiq̄ꝫ te mors expe
ctat tu quoq̄ꝫ ſi ſapiens fueris eam vbi
q̄ꝫ expectabis.

Speculum beati Bernardi
abbatis Explicit.

## Attende o religioſe

O
Fuit quidam deuotus ſolitu-
dinis amator. Beatus mo-
nachus deſolatus cui mūdus
exiliū. celū patria cella paradiſus ē. Beatꝰ
religioſus deo deuotꝰ ſeculo ignotus cui
opidū carcer. clauſtrum refrigeriū: labor

requies ſolitudo luctus gaudiū ſilentiū
pacis hoſpitiū. Beatus cui ſacra lectio
cibus: orō potus: pſalmus iubil⁹. medi
tatio xp̄s: ſpeculatio deus. Beatus reli
gioſus q̇ oīa ſtudia et exercitia ſua ad vir
tutes et beneplacitū dei ordinat. et nihil
ſingularitatis et oſtentationis verbo vel
facto p̄tendit. cauens vbiq̃ ne deū vel
ꝓximū offendat. Beatus q̇ ꝓ bono acci
pit qn̄ aliquis eū corripit et recte inſtru
it. ne ī errore maneat et male ꝑeat. Bea
tus qui os ſuū cuſtodit ne ocioſum aut
nociuū verbū ꝓferat: talis magnā pacē
habebit. bonam cōſcientiā et famā de
uotioniſq̃ gratiam obtinebit ſpecialem.
Multa iurgia ceſſare facit qui patiens
eſt et tacet. ¶ Religioſus eſt qui habet
deuotionē in choro. patientiā in capitulo
diſciplinā in labore. meditatōꝫ in lectio
ne. feruorē in orōe. caſtitatē in tentatōne.
tolerantiā in aduerſitate. hūilitatē in ꝓ
ſperitate Religio paupꝑtate fundit̄. obe
dientia erigit̄. caſtitate dedicat̄: hūilitate
cuſtodit̄. charitate ꝑficit̄. Religioſus in
abſcondito manēs: quaſi lucerna in no
cte ſecure ardens. Religioſus non refre
nans linguā ſuā huius vana eſt religio.
℣. Ad qd veniſti frater rogo te medita
re frequēter: Obſequio xpi ſubiect⁹ viue
decenter. Eſto tardiloquus lege ſcribe di
ſce libenter.

# ¶ Incipit ſpeculū peccato ris agoniſantis.

Heu heu et pluſq̃ heu me mi
ſerū et infelicē peccatorē: q̇ in
tot anguſtijs et calamitatib⁹
corporis et ſpiritus me ſolū re
perio et oī hūano ſuffragio deſtitutū. nec
eſt vlla creatura ſub ſole a qua audiā vel
credā dolorū meoꝝ qualecūq̃ ſperare re
leuamen: attenta calamitate quā in p̄ſen
tiarū ꝑpetior. Parētes ſiquidē et amici
mei carnales quib⁹ maxime confidebā.
ijdem ipi ꝑ quandā fictā et occultā tradi
tionis ſpecie in vanitatibus et ludis in
eptis me deduxerūt: et induxerūt in lo
cum horroris ⁊ laqueū mortis. que me
nūc obſidet ⁊ inuadit. ſed nec me preui
dere docuerūt pn̄tes horrēdas miſerias
quibus heu nūc totus inuoluor tā cor
pore q̃ aīa. Inſuꝑ et in predictū laqueū
mortis cū eiſdē cognatiſ dietim labebar
nec attendebā. Ue ve mihi miſero pec
catori ꝗ dū plena incolumitate fruebar
has terribiles anguſtias ⁊ intolerabiles
cruciatuſ nō p̄cogitaui: q̇ oī creature mor
tali p̄ſertim hoi peccatori ineuitabiliter
eueniūt. dū mors in foribus eſt aut ago
niſat veluti heu modo patēter experior.
vtiq̃ hec merito p̄cogitaſſe debuerā niſi
mundus et diabolus cordis oculū erro
rum tenebris obfuſcaſſent immo verius
prorſus excecaſſent. Siquidē dum ad
huc ſanus eſſem et in proſperis mundi
totus efflorerē. mortē ſꝑ metuebā et vix
abſq̃ horrore. mortꝭ mentionē audire po
terā. ſed nec quēpiā morientē videre po
terā: aut imaginare ſine dolore et mero
re cordis. Sꝫ heu nūc q̄ſi ꝓditorie inua
dor ⁊ circūuallor a morte. nec vllū vſque
quaq̃ patet diffugiū. quinimo tot miſe
rijs vndiq̃ circūuallatus ſum. ꝗ preter
eas nil aliud cogitare poſſuꝫ aut alijs im
pendere. Nihilomin⁹ ſalubre nimis mi
hi foret et oportunū ſaluti aīe mee vacare
quā timeo poſt breue tp̄is interuallū ad
infernalē deſcenſurā manſionē. cui⁹ hor
rendā mēoriā ſaltē vni⁹ hore morula nū
q̄ hucuſq̃ in mēte habui: putās me tē
peſtiue ſatis id facturū dū mors adeſſet.
finēq̃ vite ꝓpinquare ꝑſpicerē. Sꝫ ecce
me grauiter erraſſe euidēter ꝑpendo. cer
nens me dolorib⁹ pauore et angorib⁹ ita
circūſeptū. ꝗ ad ſalutaria queq̃ intēde
re mihi nō vacat aut delectat. q̇nimo luce
clarior experior q̄ꝺ poſt ludū amiſſꝫ; nil
reſtat q̃ vt ve detur. Heu me miſerū et
infelicē ꝗ p̄cioſum tp̄s ob aīe ſalutē ꝓcu
randā mihi diuinitus collatū tā inepte
tā vane tā inutiliter expēdi. et ad vanita
tes cūctaq̃ ſaluti mee nociua. eodē q̄ti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicabuſus ſum dei ſancteq̃ matris eccle
ſie p̄cepta et monita prorſus ꝑuipendēs
atq̃ ꝓ nihilo ducēs. vota frangēs. penitē
tiā refugiēs. ꝓmiſſa ſoluere nō curās. et
oīa vetita ꝑpetrās. Quāobrē ab imorta
li verme ꝓprie ꝯſcietā acriter intus cor/
rodor et cōmanducor. q̄ dolor ille oī do/
lore ſeuior ſua acerbitate ſufficiens eſſet
aīaꝫ a corꝑe ſano violēter auellere. ſed et
p̄ pauore eorū q̄ p̄diti aīa adhuc remane
re in corꝑe geſcit. ſed fruſtrata ſpe ſua ne
ceſſario ipm̄ deſerere cōpellit̃. Heu heu
quantū a via ſalutari q̄ ducit ad vitā ab
erraui. quāq̃ nimis anguſtā fore cōſide/
ro. latā aūt et ſpecioſam a multis frequē
tatā q̄ ad interitū tendit et in baratrū dā
nationis p̄cipitat hucuſq̃ ſum ſecutus.
Utinā daret̃ mihi ſaltē vnica dies tē/
poris hominū. qui illud vane cōſumunt
et inutiliter deperdūt. ego proculdubio
mora ſemota corde puro ⁊ cōſcientia nō
ficta de p̄teritis delictis veraciter peni/
terē et iterū penitēda nō ꝯmitterē. Sꝫ vi
deor mihi taliter ad hec ab alijs reſpōde
ri. Qꝫ ſicut ad regimen domus ſol⁹ de/
narius argenteus parū ꝯferret ei: qui cū
mille aureis illā regere nō potuit. Pari/
formiter parū ad ſalutē ꝓcurandā mihi
ꝓdeſſet vnica dies pn̄ie. q̄ in centū mili
bus nil boni feci: imo malū oī momento
ꝑpetraui. Preterea dolēter explor ⁊ anim
aduerto q̄ hmōi in penitēti. ſuāq̃ vitā
nullaten⁹ emēdare curante. feſtina mors
ſūmo eſt remediū ⁊ ſalubris medicina.
Cui eīn breuior ē vita min⁹ deteriorat̃
et pauciora ſibi cumulat delicta. Male/
dicant̃ itaq̃ falſe delitie. cōuerſatio feda
inepta leticia: q̄ q̄uis exiguo tp̄e durauē
rint: eterna tn̄ mihi ingerūt tormenta et
ſine fine duratura. Magna ſtoliditas ē
vt vitā longiturā q̄s cōcupiſcat. ſi illā in
dei ſeruicio indeſinēter nō expēdat. Heu
q̄ negligēt̃ iſta p̄uidi p̄teritis diebꝫ cū ad
honores amores et fauores mundanos
tā ardēter aſpirarē. q̄ me nūc in has hor/
rendas anguſtias et cruciat⁹ inſtar ceci
deduxerūt. Maledicta ſit hora illa qua
in hanc lucē prodij. dū ꝓpter intenſum
et exceſſiuū mundialiū amorē corp⁹ meū
in cibū ignis et fauillā eterne incendij
ſic delicate nutriui. Deū q̄ me creauit et
perditū redemit. ꝑdidi. vitā illā beatā q̄
fine nō claudit̃ defectu caret. inuidiā ne/
ſcit amiſi. Feliciq̃ oīm ſuꝑnoꝝ ciuiū ſo
cietate ꝑpetuo ſum priuatus. Ubi ver⁹
amor et ꝑfecta charitas. merita ⁊ gaudia
ſinguloꝝ facit cōia vniuerſorū. Nec īme
rito vt clare ꝑſpicio tot bonis deſtitutus
ſum q̄m quidē ſi breue et exiguū vite mee
tp̄s in dei ſeruitio cōſumpſiſſem. infalli/
biliter et abſq̃ vlla ambiguitate ꝯſcie ſe
curitatē: et aīe ſalutē in p̄nti euo accepiſ/
ſem. et in futuro vitā eternā et gloriā ſine
fine poſſediſſem. Sed nūc ꝓh dolor in/
gredior locū tormētorū terribiliū ⁊ eterna
liū penarū. et paulatim deſinūt oīm mē
broꝝ meoꝝ officia. cūcteq̃ vires tā aīe q̄
corpis lāgueſcūt In primis lingua meo
palato adherēs loquele vſum mihi ade/
mit q̄obrē dolores ⁊ anguſtias cordis
explicare nō ꝑmittor. Oculi girāt et ro/
tantur in orbē: vel turgeſcūt inflanturq̃
p̄ dolore. ob cuius vehementiā nequeūt
lachrymari. Facies palleſcit: color imu/
tatur et glauceſcit. Naſus cōſtipat̃ ac ru
geſcit. Os grauiter olet ⁊ exareſcit. den/
tes nigreſcunt: eorūq̃ iunctura ſe diſſol/
uit. Labia crepant findunt̃ et ſpumant.
Guttur rauceſcit. nerui q̄ in p̄ciſūt rum
pēdi vidēdos ſe monſtrāt. Pectus aridū
ſe ſubleuat vt cordi locū tribuat q̄d ad ere
pandū feſtinat. Miſera q̄z caro ꝑ omnes
meat⁹ ſudat fetet ſeq̃ ꝯſtringit. Heu q̄
intolerabiles ꝑ ſingula corpis mēbra ſu/
ſtineo cruciatus. Oēs corporis coſte et
oſſa ita vt nūerari comode poſſent ocu/
lis intuentiū ſe manifeſtāt. ſanguis aufu
git. vene ſe occultāt. crines defluūt. ignis
naturalis algeſcit. ſenſus deficit. vita de
clinat. O me infelicē cur in hoc ſpeculo
me iugiter nō inſpexi ⁊ mortis amaritu/
dinē nō p̄cogitaui et preſertim terribiles

anguſtias q̄ morituros p̄eunt et ſubſe-
quunt. qb⁊ iā circūſeptus nullaz requiē
aut pauſam repio: q̄cūq̧ me vertero ſiue
in longū extēſus. ſiue in globū collect⁹ ſi-
ue ſupinus iaceā ſiue reſupinus recubē
quinimo ex oī pte corpus paulatim defi
ciens. velut eſca vermiū horrendū ex ſe
gignit fetorē quē ego ipſe vtrūq̧ vix ſuffi-
cio tolerare. preter hec corpis mala q̄ enu
meraui. ipa etiam aīa ineſtimabiles tole
rāt anguſtias. euidēter ꝯſiderās p̄terita.
oblectamēta atq̧ delitias dicta facta ver
ba et opa. ſingulaſq̧ cordis cogitatiōes
⁊ voluptates tā ſubito ⁊ celerit̄ euanuiſ-
ſe: vix vni⁹ noctis ſomno eq̄parādos fo-
re reſpectu eternitat̄. Inſup ⁊ cūcta opa
ſua aīaduertit iniuſta eſſe et viciosa. q̄
ꝓpter ab eoꝝ pñtia aufugere ſatagit ſed
ab eis tale recipit rñſum. Tua inq̄t opa
ſum⁹. tuiq̧ ptus q̄s genuiſti. Iccirco te
relinq̄re nō debem⁹ ſed vſq̧ ad p̄ſentiā
eq̄ſſimi iudicij cōitabimur te grauiter ac
cuſaturi: eo q̄ nemie īpellēte te ipaz pluri
es tētaſti. et in p̄ſpitia multa ſpōte cor-
ruiſti. Referem⁹ pterea vniuerſas circū-
ſtātias ⁊ cauſas locoꝝ tpm pſonarū in
quib⁊ diuina mādata ꝯtennēs violaſti.
Qꝫq̧ ſctīs inſpiratōib⁊ plerūq̧ tibi ce-
litus imiſſis obtpare rennuēs. eaſdē po-
tius impudēter a te fugaſti. Ve mihi mi
ſero et infelici ꝑctōri cui ex oī pte intus ⁊
foris multiplicant̄ mala. creſcit afflictio:
ſed nō imerito. vtpote q̄ cōtra dictamen
eq̄tatis ⁊ iuſticie ꝯtra remorſuz et vermi
culū ꝯſcie. i baratrū damnatōis meipm
p̄cipitaui. et q̄ꝫtūz in me fuit ſpūiſancto
bella intuli: diuie grē ingrat⁹ extiti. noti-
cie lumē extinxi. Angelo ſcō q̄ mihi i cu
ſtodiā ⁊ directorē deputat⁹ fuerat inobe
dienter reſtiti. Monita q̄z ⁊ correptōes
cuſtoꝝ q̄ a via neq̄cie me trahere ⁊ ad ſa-
lutaria dirigere conabant̄ audire ꝯtēpſi.
Pro hdolor q̄ꝫro ſtudioſi⁹ hos acerbiſſi
mos cordis dolores obliuiſti ⁊ effugere
deſidero tāto attēti⁹ obtutib⁊ meis ſemet
obijciunt. Et vt ſingula notāter explicē
mala q̄ patior: vndiq̧ p circuitū circum
uallāt me angeli tenebrarū hoſtes iplaca
biles: q̄ geſtib⁊ ſuis ⁊ clamorib⁊ terribili
bus mihi minant̄ vt deuorēt ac viuū ab
ſorbeāt. Habēt ſiq̄dē facies tā fedas et
horribiles adeo q̄ ſol⁹ eoꝝ aſpect⁹ ſuffice
ret amētiā mihi pīter ⁊ deſpatōz icutere
necnō ⁊ aīaz a corpe ſepare. Ex alia deni
q̧ pte emin⁹ aſtare ꝯſpicio cuſtodē mihi
deputatū angelū bonū meſtū ⁊ lugubrē
cui⁹ q̄m ſuaſiōib⁊ ⁊ ꝯſilijs ac monit̄ ob
tpare ꝯtēpſi: ad ſuccurſum meū lente ſe
diſpōit. q̄nimo a tartareis legionib⁊ q̄rū
dū ſoſpitate fruerer corpali. bñplacit̄ de
ſeruiui. me iure dep̄hēdi pmittit ⁊ imani
ter ꝯtrectari atq̧ diſcerpi. Sursū ꝗo iu
dicē meū eq̄ſſimū ⁊ ifallibilē ꝯſpicio ter
ribilē nīs ⁊ ad inſtar furioſi cuiuſpiā ac
rapidi viri ſtantē: q̄ ex vultu ſuo iracūdo
nīs et minaci. quē ſic aſpicere vniuerſas
mōi penalitateſ exupat. paterer oñdit in
gentē furorē quē erga me miſerū ꝯcepit.
Et reuera tāto nūc mihi tribiliorē ſe mō
ſtrat. q̄ꝫto ꝯuerſionē meā noxijs exceſſi-
bus pauloante miſericordi⁹ expectabat.
Ach q̄ꝫ ſeuerā oīb⁊ mora ⁊ appellatōe ſe
motis a dño p̄ſtoloꝝ ꝯdēnatōnis ſniaz. q̄
ob mei ꝯuerſionē ⁊ emendatōz tot mihi
dies ⁊ horas miſicordit̄ indulſit. ſed cū
de die i diē penitēdi ꝓpoſitū ꝓtraherē nil
boni pegi. ſꝫ i vicijs ꝓrſus emarcui. nūc
ecce tātis me calaitatib⁊ obſitū ꝯperio q̄
nec enūerare q̄dē ipomet ſufficio. Sen-
tentiā q̄ppe illā tā aſperā ſcio me ſuſtiere
nō poſſe: quā tñ iuxta diuinū decretū p̄
ſtolari me optebit. Nec ē remediū i ꝯriū.
Ad cuiuſquidē executiōz ſnie tartareos
illos ſatellites ac lictores imites ⁊ imiſe-
ricordes p̄paratos cerno: q̄ mihi man⁹ p̄
bēt vt ad ollas ſulphureas eterna t̄rarſu
rū me ſecū traducāt. Preterea ſubt⁹ me pa
tētib⁊ ocl̄s ac lucide ꝯtēploꝝ loca īferna-
lia ⁊ colligas tā terrificas. domū q̄z hor
roris ⁊ iportabil̄ fetoris. cui⁹ ſūt tenebre
tā dēſe vt ⁊ maīb⁊ apte palpari ⁊ tracta
ri valeāt. Ignis ſine flāma ac claritatis
ſplēdore. fetor oī ſulphure ⁊ fumeo odore
peſtilētior. dolor ad inſtar pturientiū et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſatione vel pauſa qualicūq;. Rugitus
et clamores necnō ſuſpiria tā magni vi-
goris. vt et lachrymādi auferāt memoriā
pariter ꝛ deſideriū. Penalitates ꝛ miſerie
tā graues vt per ſingula momēta fere hoīez
mori cogāt q̄ tn̄ mori nō valet. mors q̄q;
in deſiderio ē ꝛ veire ꝯtēnit. Illuc ob in-
tolerabiles cruciat⁹ audio pleroſq; deū
blaſphemātes deirātes ac maledicētes
Ibiq; patēter ꝯſpicio vnūquēq; dānatū
odire ſuū, primū velut hoſtē capitalē eiq;
maledicere mala īpcari ꝛ abſq; cā mole
ſtare ꝛ iccirco d̄ die ī diē noui ſibi inferūt
cruciat⁹. Illuc inſup plane cognoſco eos
q̄ mecū pauloante deliq̄rūt ꝛ dn̄ica mā-
data violauerūt ſcienter expectātes vt quē
p̄dē habuerūt ꝯſociū in delictis. ſecū iā
habeāt ſodalē ꝛ pticipē ī penis ꝛ ſulphu
reis flāmis. Iacēt illuc miſeri inter aſpi
des ſpētes ꝛ dracones ꝛ ſiles beſtias vi
rolētas. q̄rū p̄ multitudie nō eſt numer⁹.
Ibi deſideratur mors q̄ cibꝰ ē ipis imorta
lis. q̄ tn̄ moriunt ſine morte ꝛ cruciant
ſine fine. Heu q̄ horribilis ē illic māſio
mihi meiſq; ſilibꝰ ſcelerat̄ deputata ac p̄
parata: cui⁹ etiā memoria ꝛ cruciat⁹ p̄cogi
tatio. in imenſuz mihi augēt dolores ca
lamitates ꝛ miſerias. pereat dies in q̄ nat⁹
ſum. Maledicta ſit hora q̄ de mr̄is vte-
ro in lucē hāc pdij. cū tātis doloribꝰ ꝛ an
guſtijs iplicitū de hac vita migrare ꝯpel
lor. Heu me infelicē cur talia nō p̄cogi-
taui dū plena corpis ſoſpitate gauderē.
ꝛ penitēdi ſpaciū mihi fuerat benigne cō
ceſſum. Iāvtiq; ſi h̄ feciſſem tā ſecurus
eſſem de eterna felicitate captāda: q̄ tuz
heu ī pn̄tiarū indubitāter infernales cru
ciatuſ poſtmodū ſuſceptur⁹ ī ppetuū du
raturos. Maledicta ſis infelix aīa mea
q̄ ad penales illas migrabis māſiones:
vbi q̄ꝫ corp⁹ qd̄ tibi ſociū hūiſti ī delitijs
ſimul et ptrahes ī interminabilibꝰ flāmis
O ſi poſſez explere cordis mei deſideriū
vellē certe q̄ nūq̄ fuiſſem nat⁹. nec eni
tantas iā calamitates incurrerē q̄s eua-
dere nullaten⁹ p̄ualeo. O rupes ardue ꝛ
montes excelſi cadite ſup me ꝛ colles ope

rite me: ne vultū illū irati ꝯtra me iudicis
ſi fas eſt aſpiciā. Inſup p̄cor occidite me
vt penas illas horrēdas nō aſpiciā. q̄s
mihi paratas video ſurſuz et deorſum an-
trorſum et retrorſum dextrorſuz q̄ꝫ ꝛ ſini
ſtrorſum. Siquidē tā graues et horribi-
les he ſunt vt ſi liceret ꝛ pmitterer: certe
in deſperationē caderē. labiq; in eā totis
viribꝰ optarē. heu q̄ intolerabiles īgerūt
mihi cruciat⁹ carnales delitie. veſtes p̄ci
oſe, necnō ſupbia cordis ignominioſa et
feda. Carnē meā putridā tā delicate nu
trire nō debui: q̄ erat ſaccus ſtercorꝝ ꝛ ci-
bus vmiū: aieq; ſalutē poſtponere q̄ an
gelorꝝ ſanctorꝝ manibꝰ oīm rerū plaſma-
tori pn̄tari debuerat. q̄ ſuo p̄cioſo eā ſan
guine de ptāte demonū redemit. mortē
q̄ꝫ p eadē ſuſcipe nō dubitauit. O mun
de imo immūde nō ab te cogor exoſū ha
bere q̄ vt tibi cōplacerē iā illis diſpliceo.
q̄ merito vltra oēm mundi creaturā aut
qd̄ credi pt ſi eis obtpare voluiſſez p cer-
to me dilexiſſent. et nūc heu p tali miſte
rio eternos ſuſtineo p mercede cruciat⁹.
Vos itē alloquor parētes et affines q̄s
pfecto ſi vt nūc ſic et nūc cognouiſſem:
nūq̄ꝫ vobis tantā fidentiā adhibuiſſem
nec vr̄is ſuaſionibꝰ ꝛ ꝯſilijs acq̄euiſſem.
quinimo creatori meo ac redēptori deſer
uire ꝛ cōplacere ſtuduiſſez q̄ ſuis ꝯtēpto
ribꝰ tā terribil̄ ꝛ ſeuer⁹ exiſtere n̄ dubitat
Sꝫ nis ſera ē iſta q̄rela. fruſtra q̄ꝫ nimi-
rū monent hi flat⁹ ꝛ ſuſpiria ad nihilū p
futura. cū ſine remedio et graui corpis ꝛ
aīe calamitate a pn̄ti ꝯpellor ſeculo migra-
re. et ad infernalia et tartarea loca eternali
ter cruciād⁹ trāſire: vbi ē flet⁹ et ſtridor
dentiū. pena ſine termīo: ꝛ acerbitas ſine
meta. Vnū tamē ſuadeo ꝯſiliū ſalubre
vniuerſis qui flebilē hāc audire q̄rimo-
niā et ſimilē forſitan p̄ſtolant euentū. p
nunc in teſtamentū trado quatinus per-
petrata facinora omni mora poſtpoſita
deſerāt. que ſic hominē finaliter in tarta
ra p̄cipitant. propriā curē cōſcientiā ve-
ris penitētie lamentis ac cōtritione mū
dare ſtudeāt. ſalubrē viā viuēdi arripiāt.

Ut et in ſumma melius q̄ȝ ego mori
condiſcāt. Nā felix quē faciūt aliena pi-
cula cautū. Boetius. Tp̄s ſiquidē pn̄s
ad inſtar vmbre ſolaris breuiſſimū eſt.
Nemo quoqȝ an etiā cras ſupuiuere de-
beat ſecurus eſſe pt. Nihilomin⁹ in hac
tp̄is breuitate valet hō eterna ſibi gau-
dia pmereri. aut certe eterna ſi velit ſup-
plicia pcurare q̄ ante mūdi cōſtitutionē
ambo iuxta meritoꝝ diuerſitatē cunctis
ſunt viuētib⁹ pparata. Quiſqȝ ergo rō-
nis capax q̄ȝ tū ſaluti ſue cōgruere iudi-
cauerit in hoc ſpeculo ſemet aſſidue ꝯtē-
platur. ℣. Finē queſo bonū cui nullū p-
fero donū. In mūdi rebus da mihi ceſſe
deus Amen.

¶ Mortales cūcti moneat vos tumba ſe-
pulcri. Mors cito mors dura mors fra-
gilis eſt et amara. Cominus eſt ſepe dū
cernit eminus eſſe. Mors vt init nihil
eſſe ſinit mors oīa finit.

## ¶ Appellatio peccatoris a dei iuſticia ad eius miſericordiā Joannis Gerſonis per modū orationis et confeſſionis.

In tua o regina celi et mūdi to-
tius dn̄a. dei genitrix illibata
virgo maria. ac veſtrū omniū
celeſtis regni pceru. ciuitatis
eterne cōciuiū. et beate felicitatis cohere-
dū corā dei throno et agno iugiter aſtan-
tiū tuiqȝ ſacre euangeliſta iohānes pudi-
citie virginalis paranymphe. celeſtiū ſcru-
tator egregie. ac diuinoꝝ ſcriba doctiſſi-
me tāq̄ȝ in pſona ſingularis autētice. et
p̄rogatiue ſanctitatis ꝛ dilectōis amplio-
ris digniſſimeqȝ p̄ntia. Ego. N. oīm fi-
lioꝝ dei ingratiſſim⁹ meritoꝝ pauperri-
mus. et ſcelerū heu abundatiſſimus. ab
oīm peccatoꝝ meoꝝ grauaminib⁹ firmo
correctōis pposito et aīo ad emendationē
vite melioris fiducialiter appellandi ꝛ la-
chrymarū mearū pfluuijs. a diſtrictiſſi-
ma tua dn̄e iuſticia ad clemētiſſimā bo-
nitatis tue dn̄e miſericordiā pvocandi.
dico, preſtor cōfiteor et ppono. q̄ licȝ ego
peccator ipius indignus ꝛ miſerrimus
tantilla mea tp̄a pueritie metas adoleſcē-
tie curſum ꝛ pvectiorē virilitatis mee p-
greſſum. imo oīs vite mee pceſſus. An-
nos: mēſes: dies: horas ꝛ momēta. timo-
re tuo poſtpoſito. aīo irreuerēti. et cogi-
tatu infrunito. deſiderijs et conatib⁹ ma-
lis. volūtate pposito et cōſenſu peiorib⁹.
necnō ope cōſuetudine ꝛ cōtemptu peſſi-
mis inceſſanter et ipe tranſegerim. legē
tuā peccādo dereliquerim. iuſticias tu-
as pphanauerim. gratiā tuā abiecerim.
mandata tua nō cuſtodierim. ſalutaria
tua cōſilia ꝛ monita pſpenderim. pieta-
tis opa ſegnit neglexerim. dona ſpūs ſe-
ptiformis mortaliter a me repulerim. bea-
titudines ꝛ virtutes malitioſe ſpreuerim.
Eccleſiaſticis me ſacris indignū reddi-
derim. Temereqȝ boni ppriē ſalutȝ ime-
mor pctā ꝯmiſerim. obſeruātias eccleſie
ſancte ꝛ p̄cepta ptinaciter trāſgreſſus fla-
gitioſis meis opibus fidē tuā violauerim
pctīs meis rurſuȝ te fili dei crucifixerim.
oībus tuis bn̄ficijs ꝛ donis gratuitis in-
gratus extiterim. flagella tua licet pauca
murmurādo ſuſceperim. In ſupbia vita
auaricia cordis inquinatōe mētis et cor-
poris inuidioſis actib⁹ peculiarib⁹ caſtri-
margijs. iracundis motib⁹. accidioſis cor-
poribus innumeris voluptatib⁹. actuali-
bus culpis mortalib⁹ et criminalib⁹ vi-
cijs. venialib⁹ peccatis. offenſis ſpūalib⁹
corpis cordis ꝛ oris iniquitatib⁹. factis
illicitis, p̄ſumptiōib⁹ temerarijs. crebris
inobediētijs negligētijs et delictis pluri-
mis: et alijs nephādis exceſſib⁹ ex mali-
tia ꝛ fragilitate. oībus interioribus ꝛ ex-
terioribus meis ſenſib⁹ te deū meū grauiter
ꝛ multiplr offenderim. Et his malis p-
prijs nō ꝯtētus mala malis accumulās
alijs occaſionē peccandi p̄buerim eos in

pateũ interitus mecũ traxerim. Peccan-
tibus cõſiliũ auxiliũ et fauorẽ impende-
rim. exẽplis ꝑuerſis ipe ꝑuerſus innocen
tes ꝑuerterim. Ad pctã q̃ rariſſime de-
fleui q̃ſi canis ad vomitũ et ſus ad volu-
tabrũ luti. poſt lamẽta tã q̃z ca nõ plan-
xiſſem ĩpudice redierim. Ac pmiſſa ⁊ oĩa
alia mea facinora tibi cũcta vidẽti. notiſ
ſima ordĩe ſciã loco tpe et cauſa vltra mo
dũ auxerim et aggrauauerim. mala q̃rũ
nõ eſt numerus nequiter cõmiſerim. ⁊ ꝑ
ea ſententiã mortis eterne (q2 dicit aĩa
q̃ peccauerit. ipa morietur) dãnabiliter in-
currerim. in iudiciũ tuũ horrendũ et iu-
ſtiſſimũ dñe. et in manũ tuã dei viuẽtis
ꝑniciose nimis inciderim. indignationẽ
tuã incurrerim. a cõſortio celeſtis exerci-
tus me ſeparauerim. et ab iniq̃tate mea ĩ
qua vſq3 adhuc q̃ſi ꝑ talentũ plũbi reſi-
deo et reſurgere nõ adiecerim. ſempq3 te
dñm vocantẽ me ad penitentiã nõ audie
rim; pmittentẽ te pmia eterna rẽnuerim.
et te mortẽ ꝯminantẽ ꝑpetuã. et diuiti-
as bonitatis patiẽtie et longanimitatis
tue. in aĩe mee ꝑiculũ et ſalutis diſpendiũ
cõtempſerim. Tũ tu rex fortis et potẽs:
vltor metuẽde terribilis ⁊ iuſte iudex. de
cuius ore ſedẽtis in throno ꝓcedit gladi
us ꝑ iudiciũ et iuſticiã bis acutus. ꝯtra
iniuriã oſtendẽs mihi bonitatẽ et patien
tiã. ſuſtinuiſti ⁊ expectaſti vt mihi miſe
rearis. Prolongaui iniquitatẽ ⁊ tu boni-
tatẽ ꝯtinuaſti. in charitate ꝑpetua miſe-
rans dilexiſti me et attraxiſti. diſſimula-
ſti ꝓpter pniã oẽs trãſgreſſiones meas
et ſcelera mea. Contẽptus ingratitudi-
nes et delicta nõ iproperaſti mihi. benefi
cia nõ detraxiſti ꝓpter crimina. toleraſti
patiẽter oĩa mea flagitia. cuſtodiſti me
ne vltra ea q̃ feci ꝯmitterẽ grauiora. Nõ
feciſti mihi ſm pctã mea nec iuxta iniq̃-
tates meas: Nõ tribuiſti ꝓ malis mala
ſed ꝓ malis bona. Nõ intuliſti mihi ob-
probria. non irrogaſti cõuicia. retraxiſti
manũ vltricẽ vibrantẽ ſup me vindicte
gladiũ. diſtuliſti ſnĩe mortis executionẽ

Suſpendiſti iuſticiã et iudiciũ, progas
ſti ſpe correctõis vite mee terminũ ⁊ pec
catorũ meorũ vltionẽ digniſſimã. vſq3 ĩ
horã pſentẽ miſericorditer auertiſti ĩ mi-
ſeratõib9 tuis multis. factũ eſt vt nõ ſim
cõſumptus ne ꝑpetuã ſuſtineã ſaluatio
nis pῑudiciũ. patrimonij celeſtis iacturã
beate viſionis carentiã damnũ corꝑis et
aĩe. dãnatõis penã. nõ morituri vermis
dolorẽ. inextinguibilis ignis incẽdiũ. ſtri
dorẽ dentiũ tenebras fletũ luctũ ⁊ graua
men. Ex pmiſſis igitur dñe ſi a me facies
auerteris ⁊ miſcdiã deſpexeris. ſi iniq̃-
tates meas obſeruaberis. ſi in ira tua ar
guendo me miſericordiã tuã attenueris
⁊ antiq̃ miſcdie recordat9 nõ fueris. ſi in
ꝑpetuũ mihi iraſceris ⁊ miſericordiã a
me pctõre in eternũ abſcõderis. ſi iuſticie
tue ſoliũ me iudicatur9 aſcenderis. et ob
litus fueris mei finaliter miſerrimi Sci
ens me ꝓ iniquitatũ mearũ multitudĩe
et graui peccatorꝫ onere me culpabiliter
in hac vita grauatũ. nõ indebite. timẽſ-
q3 veriſimiliter ſi tãtis tribulatõib9 adiu
torẽ nõ inuenero. poſt hãc vitã me plus
et multo fortius grauari. Ideoq3 de9 iu-
dex iuſte. ĩ his ſcripturis lachrymarũ me-
arũ attramẽto cõſcriptis. a te irato et iu-
ſto iudice et a ſnĩe tue diuine iuſticie ad
te placatũ ⁊ miſericordẽ patrẽ miſericor
diarũ q̃ tardã neſcis miſericordiã. et cui
ꝓpriũ eſt ſꝑ miſereri et ꝑcere. q2 ſuperiorẽ
nõ habes cũ tu ſis ſolus altiſſimus ⁊ in
miſcdia copioſus. ad tribunal tue clemẽ
tie bonitatis et miſcdie q̃ iudiciũ ſuperex-
altat in ſpe venie. Ego miſer ad te miſeri
cordẽ cuius miſcdie nõ eſt numerus ꝓ-
uoco et appello. Et te reginã et matrẽ mi
ſericordie oẽſq3 ſanctos et electos dei. et
ſpecialiter vos iudices iuſti cõmilitones
aplos peto vt inſtanter inſtantius inſtã
tiſſime ꝓ me peccatore miſerrimo ad de
um meũ ſuppliciter intercedatis. ac iterũ
et iterũ et cũ oĩ qua poſſum deuotõis ⁊
hũilitatis inſtantia. a te cuius miſcdia
plena eſt oĩs terra. et ꝑ te ĩ celis ꝑparata

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et in eternū edificata gratiā et veniā. Et
quia in miſericordia diues es clementiā
et miſericordiā peto mihi dari cū ipſe de
us meus ſis cuius miſeratōes ſunt ſup
oīa opera tua qui cui volueris uno oīm
miſereris et qui gratiaꝫ et miſericordiā
in quacunqꝫ hora peccator ingemuero
mihi dare poſſis et velis. ſubijciens cor-
pus et animā. vitā: res: ſtatū et tempo-
ra mea. necnō oēs et ſingulos miſericor-
die tue adherentes ſeu adherere volētes
protectioni et gratie abundantiſſime bo-
nitatis et miſericordie tue dn̄e deus pa-
ter vnigenite ieſu chriſte et ſpirit' orpha
norū paraclyte indiuiduaqꝫ trinitas be-
nedicta. Proteſtor etiā ꝙ preſentē ora
tionis mee deuotionē aſpectibus tuis ſe
pius publicare ac mores et vitā auxilio
tuo quāto celeri' potero corrigere ⁊ emē-
dare volo. Rogo etiā te fili dei crucifixe
vt lateris tui vulneris ſigno. quo illā in
cruce pendēs orationē pater ignoſce il-
lis. quia neſciūt quid faciūt cōſignaſti.
et in qua ꝑ tua reuerentia es exauditus
Hāc etiā oratiunculā meā diuine ꝓuo
catōnis miſericordie clementer cōſignes
et eā miſericordie multe facere digneris
efficacē. Requirēs te ſacer ſcriba Johan
nes quatenus pſentē meā orationē. tibi
cōmiſſi virgini matri cū exoratione ꝑ me
publices. Et tu regina miſcdie eā cum
oſtentatione ꝑ me pectoris et vberū tuo
rum quem genuiſti dei filio notifices:
Tu quoqꝫ fili clementiſſime eam patri
cū oblatōe ꝑ me paſſionis ſanguinis vul
nerū tuorū et mortis offeras. acceptabi
lēqꝫ facias alme trinitati. vt per eam et
alia pietatis opera gratiā ⁊ miſericordiā
peccatorū remiſſionē et veniā. requiē et
vitā merear ſempiternā. Amen.

## Oratio apoſtolorum

Quia iuſticiā meā tanqꝫ fragili-
tati et demeritis tuis intolerabi
lem declamās: ad tribunal miſe
ricordie mee tanqꝫ ad ſuperiorē iuſticie:
ſub ſpe venie humiliter appellaſti. Iccir
co quia in miſericordia te redemi: in miſe
ricordia te ſaluū feci miſericordiā docui
miſericordiā et non mortē volui. miſeri-
cors ſum miſerator longanimis et mul-
tum miſericors. immo ſum pater miſeri
cordiarū. Et quia regina glorie mater
miſericordie. mater mea aſtat a dextris
meis; pro te bona loquens et miſericor-
diam poſtulans. Cui non eſt mihi fas
aliquid denegare ob reuerentiā et pieta-
tē multitudinis miſericordie mee. et in-
terceſſionē matris mee: omniūqꝫ electo
rū gratie et miſericordie in gloria partici-
pum. Appellationi tue miſericorditer de
fero et te ad tribunal miſericordie mee
clementer admitto: tibiqꝫ vt miſericordi
am cōſequaris omniū dierū vite tue ter-
minū peremptoriū ad pſecutionē miſeri
cordie et ipſius aſſecutionē aſſigno. Ac
latā cōtra te ſententiā iuſticie mee piſ
cius relaxo. Ita vt ſi vſqꝫ in finē miſeri-
cors fueris: miſericordiā tn̄ meā quādo
aliquādo pecces a te nō diſpergā vt da-
mnem. neqꝫ nocebo in veritate mea vt
abijciā te in finē. ſed pro peccato vapula-
bis: ſed tn̄ nō peribis.

¶ Sunt impreſſi ante hac pleriq̄ libri qui ſeparatim forſitan miſſe officiū: etꝰ expoſitionē: attentionē in ea habendaꝫ. Motiua ad ſepe celebrandum. Effectus et fructus eiuſdē. Orationes p̄libatorias. et que poſt cōmunionē dici ſolent: eleganter cōtineant. Verū ſingula hec Tū ſimul in vno libro. Tum in ea qua hic vides vtili breuitate complexa: oīa pariter attigiſſe: nō facile crediderim Bono igitur animo: grato: et beniuolo iucundiſſime lector accipe: q̄ in vnū cōgeſſit p̄dicta opuſcula. Prouidus et honeſtus Henricus knoblotzer: Impreſſor Heidelbergeñ. auſpitio et directōe Religioſi prīs ⁊ dn̄i Johānis Lampſheim procuratoris in kirſchgarten. iuxta muras inſignis ciuitatis wormatieñ. Vna cū pſalmoꝝ: horarūq̄ canonicarū laude et virtute. Sequentibus ad finē tribus ſpeculis. Primo peccatoꝝ. Deinde vite ſpiritualis dulciſſimi Bernardi. Et demum eius quē inſcripſimus Agoniſantis. Quinimo et deuotiſſimā illā chriſtianiſſimi Joannis Gerſonis appellationem in modū orationis inſcriptā. Et eiuſdē apoſtoloꝝ dationē q̄ ſpei diuine mirificā affert conſolationē.

Hec itaq̄ oīa ſi bona affectione perlegeris: ſiq̄ ad effectū vſq̄ deduxeris. Non impreſſori ſolū: ſed et tibi quoq̄ vel emptori vel lectori vitā impetrabis ſempiternam. Quā nobis tribuat chriſtus ieſus cum patre et ſpiritu ſancto in ſecula benedictus. Amen.

Impreſſum Anno Jeſu chriſti. Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo quinto. iij. kalendas Julias. Regnante inuictiſſimo Romanoꝝ rege Maximiliano. Anno regni ſui ſecundo. Et Illuſtriſſimo principe Palatino Philippo: electore. Simulq̄ clementiſſimo patre et dn̄o dn̄o Johanne wormatienſi Ep̄o doctiſſimo: clariſſimo et probatiſſimo. Quibus deus immortalis p̄beat p longa ſecula felicē gubernationē. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ul' sc̄hn sine timore
sine cupiditatis evenit. C. 3.
telligat nō possū continē dū
n̄ ē nō posse ic̄a. si pot̄ n̄ ud
pa iux̄ ubū ag. C. 4. p̄ qui
dic̄ se n̄ posse cōtinē utrum
gat q̄ n̄ pot̄ [illegible] tinē suis virib'
a auxilio [illegible] intelligit q̄ ī
al' a[illegible] n̄ possit. Si sō in hoc
nifeste [illegible] ī sap̄ hebrea. si p̄
ligat h̄ plane ī mē. Sine ad
o eiu dūno nich possumus. [illegible]
e me nich potestis face; 7 ij.
ij. Nō q̄ sufficientes sum' co
ad ex nob̄ q̄i ex nob̄. s; sufficien
tia ex deo ē. 7 ag. Oēne sine
b se os contin[illegible] 7 sap. [illegible]
m qm̄ alr̄ nō possū ēē cōti[illegible]
ter 7 h̄ ipm̄ erat sapientie c
donū. Non dum ēē dp̄eat' cū
cū [illegible] discipli q̄l potis
se. Ip̄ [illegible] ī possibile
possibili[illegible] dicar
Impossibile ē ap̄ hoīes v̄ psi
cupiditatib; [illegible] 7 [illegible]
uenire [illegible] mīs ci.
llū. hec a uiribus nulr̄ ē ostri
be q̄ virib; suis saluari n̄ posit
abstinē. hec [illegible] psuasio eis p̄
onē eo[illegible]ta aalis eis utilia
iusti[illegible]. si adeo cum ad [illegible]
[illegible] p̄suptōe fiducia q̄ ēēt
qn uolūit. d̄ q̄ lr̄ i ex. Reprō
necessitā multos pōt. Sumi ista
leg n̄ p̄ cū lib ē oīa resiste sp̄
abeo ca g̃ ēē aligat uirib; su
ub' [illegible] se posse liberare. cū sep

ul' q̄ n̄ p̄ se [illegible]
cationis cau[illegible]
spat se ofractū ca[illegible]
pssū agē pecco[illegible] obum[illegible]
fouea p̄se poss[illegible]eo q̄ ī
ei resistente [illegible] aupli ē
hoīes cū morte spūali mor[illegible]
se ip̄os resuscitare posse. [illegible]
dicat 7 ī p̄senti se nich posse
in futō qn ēē se erut ip̄otētiore
[illegible]utorio m[illegible] q̄ cū diu[illegible]
xerit. qn ī [illegible] mag laborab[illegible]
pediēs salutē eor. Ip̄e ē calc[illegible]
insidiat. i. finē hoīs. q̄ lb̄i p̄
non ē sp̄eti ingn. Tu insidia[illegible]
caneo ill' tn̄ in q̄ oīa se p̄s[illegible]
Sēo p̄ h̄ mon[illegible]es ad h̄ q̄ gra[illegible]
uerit sibi sp̄ale[illegible] auxili[illegible]
nō possit. elias largiendo. om[illegible]
suffragia [illegible] et [illegible] iter[illegible]
tando. Tercio [illegible] moni ad[illegible]
gant se qn simulat q̄ pati[illegible]
sibi uidentur [illegible] Dō [illegible]
iuuare eos q̄ se nō iuuat [illegible]
fingit se q̄i ip̄i fingunt se. [illegible]
Sic discipulie effugiet [illegible]
qn abeo q̄ dic̄ se nō posse c[illegible]
aut uis contin[illegible] q̄ nō potes.
ī 7 n̄ uis. sinus [illegible] n̄ potes. i[illegible]
ds q̄ patit' ēē temptari sup[illegible]
um. preterea nō ne credis [illegible]
sis cū eo q̄ oīa pōt sic ulga[illegible]
n̄ h̄c n̄ v. solidos [illegible] 7 rex [illegible]
milia marchar[illegible] non p̄ ēē
illō posse cū effectū posse[illegible]
pātur ē suplex. Sed ī potē[illegible]
inexcusabil' es. [illegible] q̄[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

939

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN